¶An decisio huius legis procedat in feudo, in censu, & multa in materia, vide per Dec. *cons.* 138. *per totum, & cons.* 144.

¶Et nota quòd mādatum à iudice factum Emphyteutæ, quòd non soluat eum, excusat à pœna, vt per Afflict. *dec. f.* 328. Adde Cottā *in memora. in verbo emphyteu priuati.* Cepol. *cau.* 22. Alex. *conf.* 44. *volum.* 3. & *ad l. si cōstante, post* Bart. ibi, *in* 3. *q. D. solut. matrim.* Gram. *decis.* 77. Tiraq. *post ll. connub. gloss.* 7. *n.* 41. in materia, Afflict. *decis.* 174.

¶Ad d. dictam legē 2. vide 2. fallentias, Socin. *in reg.* 152.

¶Vasallus vel Emphyteuta non potest vēdere vel alienare feudum, vel rem Emphyteuticam domino irrequisito, aliter cadit à iure suo *d. l. in emphyteuticariis. & c. potuit, extra locati.* Sed vide 8. fallentias positas per Socin. *in reg.* 529. *incip. Vasallus.*

¶Si non apparet, an aliquis sit Emphyteuta, vel censuarius, in dubio præsumitur censuarius, vt soluit Albert. *in d. l. Emphyteut.* Et propterea incidit in commissum, tamē quando in illa regione magis frequentatur contractus Emphyteuticus, vt voluit Ioan. Fabr. *in d. l.* 1. *supra eo,* quem refert Ias. *in d. l. Emphyteut in* 9. *quæst.* Et idem Ang. ibi dicens, quòd primo recurrendum est ad consuetudinem cōcedentis. Vt si solutus erat concedere vsque ad tertiam generationem, vel in perpetuum. Ita presumatur factum secūdum consuetudinem regionis. Et ibidē sequitur Bald. *in l. si certum, supra de pactis,* dicens, quòd concessiones præsumuntur factę secundum generalem consuetudinem, vel secundū quod erat solitum in vnam vel plures personas.

¶Emphyteuta frangens fidē domino priuatur suo vtili dominio. Ita Paul. Castrens. *in l. sed si hac, in princ. D. de in ius vocan. per d. l. in Emphyteut.* ita & econtrà, si dominus frangit fidē Emphyteutę, debet priuari directo dominio, quod applicatur Emphyteutæ. Ita dicit tenuisse Guilhel. de Cun. ibid. etiā Alexan. in additio. quas fecit Paduę, sequitur primum per textum *in cap. domino committente, si de feud. fuerit quæstion. inter dominum, &c.* Et *in c.* 1. *qualis dominus propr. di. pri.* Vide declarat. *per tex. in c. dilecti, in* 2. *col. de maior. & obe.*

¶In d. l. in gloss. *repellere, &c.* Emphyteuta probans soluisse tribus annis proximis, præsumitur quod semper soluerit. Adde Scribētes *in in l. si.*

¶Res Emphyteuticaria potest pignorari sine consensu domini, & an in ea possit haberi recursus per creditorem. Vide Bart. *in l. si constante, in* 3. *quæst.* Et ibi per Alexand. *D. soluto matrimonio.*

¶Emphyteuta, qui vendit rem, regulariter cadit à iure suo *d. l. cùm dubitatur, & c. potuit, rerum locat.* Sed vide 3. fallentias Socin. *in reg.* 153. Mihi *verò est reg.* 15. *incip. Emphyteuta, &c.*

l. Cum dubitatur. 3.

¶Emphyteuta non potest vendere meliorationes suas domino irrequisito, quod si fecerit dominus potest illud reuocare, vt *hac lege, & cap. potuit, extra de locat.* sed facta denūtiatione domino si dixerit se nolle emere, vel si à denuntiatione duorum mensiū spatium sit elapsum, potest vendere cui vult, dūmodo non vendat personis prohibitis, *vt d. c. potuit, extra de locat.*

¶Pœna istius legis habet locum etiam in contractu censuali. Bart. *in l.* 1. §. *qui autem, D. de superficiebus.* Inno *in capite potuit, extr. locat.* Fulgos. *cōs.* 240. Ias. *in d. l. cùm dubitabatur,* licet contrarium consuluit Dec. *cons.* 104.

¶Emphyteuta volens vendere ius suum Emphyteuticum, vel suas meliorationes, nō potest vendere, nisi prius denuntiauerit domino, à quo causā habet, an ipse velit emere, *per d. l. dubitabatur* Et facit quòd singulariter voluit, Bart. *in l.* 1. *in vlt. verbo, Cod. de metall. lib.* 11. *d. cens:* Quod si colonus volens vēdere fructus perceptos ex fundo, debet potius vendere domino, quàm aliis iusto precio, quod dicit Bartolus esse mente tenendum, quem sequitur Lud. Roman. *in l.* 1. *D. solut. matrim.* Facit etiam in simili, quod singulariter voluit Baldus. *in l.* 2. *C. de comm. rerum. atqui dicebat:* Quod si fiscus, qui habet rē communem cum alio, non potest illam vendere nisi prius socio requisito.

¶Pœna istius legis habet etiam locum in conductione ad longum tempus. Ita per Fulgos. *consilio* 24. *incip. per euidentiam, &c.* Et per Alexan. *in consilio* 17. *in* 4. *vol.*

¶Sed nunquid dispositio istius Legis habeat locū in Vasallo, vt si dominus vult pro se, vt præferatur dominus. Dic quod sic. Et habet annum, *vt c.* 1. §. *donare. Quod feud. olim pot. al.* Et vide Bartolum *in tract. in feud. in q.* 5. *incip. an si vendita, &c. charta* 233. Deciū *cons.* 164. 1. *vol.* vbi idem dicit non habere locū in cōtractu cēsuali, & cōtractu permutationis.

¶In venditione rei Emphyteuticæ primò est denuntiandum domino, quòd vendat, & debet expectari per duos menses, vt per Ias. *in ista l.* 4. *col. in vers. principaliter nata.* Et idem in eo, qui est perpetuò obligatus ad vendendum, vt consuluit Lud. *cons.* 102.

¶Quod

¶ Quod si Emphyteuta non soluit tanto tempore, quod incidit in commissum, an teneatur in fructus, quo incidit in commissum, Soc. *in cons. 167. 4. col.* Et vide per Iasonem hic, *in 29. col.*

¶ Scribentes in ista l. & maximè Ias. qui plura dicit de Laudemio, quod debetur ab Emphyteuta, modo quæro, an debeatur Vasallo pro alienatione feudi, & est considerandum, quod nō. Nam releuium idem est, quod laudemium, seu quinquagesima, quæ soluitur, vt releuium, vt per Andr. *in c. 1. §. si mulier, de cap. Corrad. 52.* Istud releuium non debetur, quando feudum alienatur, vt per eundem Andr. *in constitutione regni, c. post mortem, & in cap. 1. per quos fiat inuestitura. Et in d. § si mulier.* Et istud expresse videtur tenere Andr. *in d. constit.* Bene verum est, quod ipse idem Andr. *in d. §. si mulier*, quod in hoc statur consuetudini, quia si solutum est, præstari debet, vide Alexand. *in cons. 5. in 5. volum.* Ad quem se remittit Francisc. Aret. *in tract. Feud. in 4. parte 5. quæst. in fin. cha. 6.*

¶ In alienatione certa vel necessaria non soluitur laudemium, vt per Ias. *in dict. l. col. 12. vers. 7. quæro*, quid in datione insolutum. Vide per Iacob. *in tract. de reus, colum. 92.*

¶ Et quid in locatione ad longum tempus, an debeatur laudemium, vide Bartol. *in consil. 204.*

¶ Res feudalis an possit dari in dotem Vide Paris. de Put. *in tract. feud. chart. 102.* vbi plenè & an debeat solui tertiaria pro dote.

¶ Si vendidit & statim redemit, an habeat locum pœna caducitatis. Vide Iacob. *in tract. de reus, in 10. col.* Et per Dec. *in cons. 160. in fin.* vbi an post alienationem factam possit moram purgare.

¶ Sed quid si Emphyteuta vel Vasallus vendit, saluo reditu debito domino, non exprimendo certum dominum, vel certum reditum, an incidat in commissum. Vide Paris. de Put. *in tract. feud. chart. 185. in q. incip. an si rusticus, &c.*

¶ Et quid si vendit Emphyteuta sub consensu domini, & non aliter, nec alio modo. Vide per Iasonem *in l. non solum ff. de oper. nou. nunt* Decium *cons. 160.*

¶ Licet possit res Emphyteutica sine consensu domini donari, tamen non potest induci in possessionem, sine eius consensu. Ita Aretinus *cons. 35.*

¶ Si maritus cessauit in solutione Canonis, an præiudicet vxori. Vide Bald. *in cons. 142. in 2. volum.*

¶ Emphyteuta potest vendere Domino irrequisito, si hoc est actum, aliàs debet eū requirere, & per duos menses expectare, aliàs poterit alienare quinquagesimam pretij soluendo Domino. De materia post latè tradita hic per Scribentes, vide Decium *consilio 160. & 164.* Ias. *ad l. si ita quis, §. ea leg. numero 10 & 13. de verborum obligatio.* Tiraquell. *in tract. de const. pos. 3 par. lim. 8. per tot. & in tracta. de v. vtroque retract. in præfat. numero 52.* Cotta *in memor. in verbo actus nullus*, Forcatulus *in Necyoman. iur. dialog. 19. numero 5. & sequen.* limita vt per Mars. *sing. 28. emphyteuta*, Viuius *l. 1. comm. opin. in versicu. emphyt. alienans*, Iul. Clarus *libro 4. senten. §. emphyteusis, quæst. 13.* Iaco. Menoch. *in tractat. de arbitr. iud. libro 2. centur. 3. cas. 220 numero 28 & cent. 1. cas. 37. numero 5.* & quod ista decisio non procedat, nisi in contractu emphyteutico, non autem in censuali, in feudo vel alio simili, Dec. *dict. consilio 164. numero 3.* nec quando quis concessisset emphyteusim alicui pro se & suis hæredibus, & quibuscunque dederit, quia tunc videtur permissa alienatio, etiam irrequisito domino, Dec. *d. consilio, numero 3.* nec quando quis ignoranter alienat, Dec. *d. consilio 164 numero 3. vers 3. respondetur*, & quod hic dicitur de alienatione, idem est in locatione, ad 10. ann & sic ad longum tempus vel ad vitam alicuius. Dec. *consilio 204.*



CODICIS LIBER quintus.



IN hunc librum quintum scripsit Franciscus Ramponus.

Tit. 1. De sponsalibus & arris sponsalitiis & proxeneticis.

Alciatus *libro 1. dispunct. cap. 22.* Cuiac. *libro obs. cap. 28.*

l. Alij desponsatæ. 1.

An desponsata renuntiare sponsalibus possit, vide hic D. Gothof.

l. Si is qui. 2.

Panorm. *cons. 48. attingam.*

l. Arris. 3.

Vide Gail. *2. obs. 80. num. 3.*

l.Si pater.4.

Cuiacius *livro* 16.*obs.cap*.34.*&* 35.

l.Mulier.5.& vlt.

Bald.*consil*.53.*considerandum, parte* 4. Rom. *consi*.320.Mar.Soc.*cons*.3.Feder.*consi*.19.

§.His illud.1.

Gail.2.*obs.c*.29.

Titul.2.Si rector prouinciæ, vel ad eum pertinentes sponsalitia dederint.

Cuiacius *libro* 11.*obs.cap*.27.

l.Si quis.vnic.

Cuiacius *libro* 4.*obs cap*.22.

Tit.3. De donationibus ante nuptias, vel propter nuptias & sponsalitiis.

Cuiacius *libro* 5.*obs.c*.4.

l.Multum.1.

Petrus de Anchar.*consilio* 181.*in prædicto*,Ro. *consilio* 445.*consultatio*.

l.Si præsidi.2.

Papon.1.*notar*.4.*c.des contracts de mariage*:

l.Pollicitatione.3.

Stipulatio iustam pollicitationem firmat, non dolosam.

l.Quod sponsæ.4.

Panorm.*consilio* 12.*vt claré*.

l.Ea quæ.5.

Sarmientus *libro* 2.*select.c*.5:

l.Cum in te.6.

Zabar.*consilio* 43.*dico quod cum*.

l.Si cum ante.7.

De significatione verbi *Remanere*, vide hic D.Gothof.

l.Si ante.8.

Nota hic quod perfecta donatio reuocari non potest etiam testamento.

l.cum te sponsæ.9.

Decius *consilio* 260.*quæritur, parte* 2. Corn. *consilio* 114 *parte* 4.

l.si filię.10.

Roland.à Valle 1.*consil*.10.*num* 89.

l.si tibi in.11.

Morte sponsi,donatio propter nuptias non fit irrita.

l.Si mater.12.

Donationes factæ mulieri per sanguineos viri,remanent viro. Sed per sanguineos mulieris debét restitui hæredibus mulieris.Ita Bart.in l.*sed etsi plures*,§.*arrogato*, *D.de vulg.& pup*.Sed verius est,quòd cùm donatio sit per fecta, & sit ius quæsitum mulieri, quòd mulier transmittat ad suos hęredes per istam l.*si mater*.Et ibi Bald.*cons*.115.*lib*.4.

l.De rebus.13.

Menoch.*lib*.2.*arbit.iudic.cap*.48.

Vide Tiraquel.*de ll.communibus,glos.& n*.46.Fulg.*cons*.116.*proponitur*.

l.Si consentiente.14.

An precium semper rerum ipsarum vicem sustineat,vide D.Gothof.

l.Cum veterum.15.

Rom.*cons*.146.

l.Si à sponso.16.

Vide Anton.Guibert.*in tracta.de sponsal.c.de effectu sponsal*.

l.Minoribus.17.

An donatio propter nuptias sit insuanda, vide hic D.Gothof.

l.Si constante.19.

Constante matrimonio extra causam donationis, maritus non potest constituere dotem vxori. Adde ad istam legem duas fallentias per Socinum positas *in reg*.142 *incip.donatio inter virum,& c.vel reg*.104.Ad istam l.*si constante*,vide Castrens *cons*.1. de quo meminit Ruin.*in* l.1.*col.art* 13.*D.solut.matri*.Panor.*con*.46.*partes*.

Auth.Sed iam necesse.

Vbi gloss.*in verbo suspicio*,ista glossa est singularis quod confessio facta à marito de dote recepta,constante matrimonio præsumitur facta in fraudem creditorum, vide quod notat Dec.*con*.96.*in fine*.

¶Confessio viri de dote facta cõstante matrimonio,nõ præiudicat creditoribus,sed ipsi viro,sic Bart.& doct.hic,*& ad* l.1.*D.solut.matrim*.Ias.*ad* §.*fuerat,nu*.90.*Instit.de action*. Afflict.*decis*.401.Aret.*con*.36.Gorad.*con*.28.*&* 41.Crau.*con*.40.*&* 44.Ruin.*con*.55.*&* 105.*lib*.5 Dec.*cons*.96.*colum*.2.Annib.de Caho.*ad* l *post contractum.n*.50.*D.de donat*.Bellon.*con*.48.*num*.7.

l.Cum multæ.20.

Bart.*cons*.1.Rom.*cons*.4.Oldr.*cons*.5. Curt.*cons*.95.

Auth.

Auth. Permissa.
Cuiacius *lib.5.obs.c.4.*

Auth. Dos data.
Guid.Pap.*cons.19.ex casu*, Zabarel.*cons.43. dico.*

Auth. Eo decursum.
Dec.*cons 239.primo non videtur.*

Auth. Non inhibetur.
Hic abrogatur l.19.*in fi.s.eod.*

Tit. 4. De nuptiis.
Vide *lib.23.D.tit.2.*& quæ ibi dixi.

l. Cum de nuptiis. 1.
August.*epist.133.*

l. Si nuptiis. 2.
Cuiac.*3.obs.c.5.*

l. Liberi. 4.
Corrasius *libro 1. miscellaneor.* c.3. Petr.de Anch.*consil.391.videtur.*

l. si vt proponis. 5.
Rom.*cons.362.* Dec.*consilio 231.*

l. Et si. 6.
Contius *lib.1.disput.* c.7. Cuiac.*lib.1.obs.c. 11.& lib.13.c.25.*

l. Si vt proponis. 7.
Contius *d.c.7.*& Cuiacius *d.c.25.*

l. in copulandis. 8.
Oldr.*consil.44* Anch.*consi.175.*

l. Si vicinis. 9.
Ad istam legem vide quæ notaui *in l.filium D.de his qui sunt sui, vel alien.iur.*& per Scribentes *in c.tuas, ext.de probat.*

l. Cum te. 10.
Guid.Pap.*consilio 217.omissa.*

l. Si inuita. 11.
Pœna detinentis vxorem alterius, continetur *in* l.8.C.*de diuort.*

l. Nec filium. 12.
Ista lex est canonizata *in can. placuit, 35. quæst.2.*

l. Neque sine. 13.
Cuiac.*lib.17.obser.c.6.*Oldr.*consil.159.* Dec. *consilio 155.*

l. Neque ab. 14.
Loquitur hic textus de nuptiis, nunc primum contractis.

l. Nemini. 17.
Cuiacius *obs.c.36.*

Pythoeus *in notis ad fragment. Iurisconf. pag. 85.*Cuiac.*lib.8.obs.c 28.*

l. Viduæ. 18.
Cuiac.*lib.3.obseru.c.5.*Bald.*cons.237.quidam, parte 3.*

l. Celebrandis. 19.
Vide Ambros.8.*epistolarum, ad paternum.*

l. in coniunctione. 20.
Pet.de Anch.*consilio 21.*

l. A caligato. 21.
Brissonius *libro 2. select.c.5.* Bald. *cons.410. verba, parte 1.*

l. si donationum. 22.
An donatio propter nuptias sit de substantia matrimonij, vide hic D.Gothof.

l. imperialis. 23.
Ioannes Aurpachus *libro 2.epist.* c.2. Zabar. *consilio 94.*

Auth. Maximis.
Coniunge hic *Nou.74.*

l. sancimus. 24.
Bartolus *consi.200.* Baldus *consilio 249.* Fulgos.*cons 112*

l. si furiosi. 25.
Rom.*consilio 179.*Fulg.*consi.80.*

l. si quis alumnam. 26.
Menoch.*de arbit.iud.cas.200.*

l. sancimus. 26.
Vbi inter Sexagenarios & quinquagenarios matrimonium non consistit, vide Tiraq. *in ll.comm.parte 6.1 numero 20.*
Potest quis accipere vxoré sexagenariam, vide Paris. *consilio 29.lib.2.* Ruin.*ad Rub solut. matrim.nu.27.*Bar.*ad l.qui habebat, pr.q.D.de vulg.*Soc.*consi .65.1.& 2.col.lib.3.*

l. si libertum, & seq. 28.
Matrimonium si est contractum inter coniunctos in 4. gradu, an habeat locum hodie pœna incestus, vide Chald. *consilio 2.in tit. de cons. ang.& aff.*& Petr.de Anch *consilio 39.*

l. sacram. 29. & vlt.
Maleficij fideiussor accipi non potest, *Nouell.51.*

Tit. 5. De incestis & inutilibus nuptiis.
Cuiacius *libro 8.obs.c.28.*

l. Liberta. 1.

Vvrmser. 1. *pract.* 36 c. 4.

l. Neminem. 2.

Clarus 55. *fornicationum*. 10.

l. Cum ancillis. 3.

Contrarium asserit *Nou.* 78. c. 1. & *Nou.* 117. c 6.

l. Qui contra. 4.

Nota istum textum, quod natus ex prohibito matrimonio per errorem, in figura matrimonij succedit. Vide Decium *in consi.* 159. *in ead.* l. *in gl. ff in voc. non affectato* Nota, quod affectata ignorantia non excusat. Decius *in consi.* 160. *volum* 2. Cuiac *lib.* 15. *obs.* c. 13.

Declarat Didac. *in epist.* 2. *par.* c. 6. §. *numero* 21. Iac. Menoch. *in tract. de arbitr. iudic. lib.* 2. *Centu.* 3. *cas.* 244. *num.* 15.

l. Fratris. 5.

Vbi fratris vxorem ducere vetamur, an in hoc casu Papa dispensare possit, vide late Ægid. Bellamer. *in consil.* 28. *in facto mihi tradito*, & quibus in gradibus Papa dispensare possit, Paris. *consil* 63. *dubium*, *lib.* 3. Tiraquellus *in ll. comm.* 7. *p. r. glos.* 1. *n.* 49. & *seq.* Pet. de Anch *consilio* 3 0.

l. Si quis incesti. 6.

Bart. *cons.* 229. *cauetur.*

Auth. Incestas.

Ad istam Auth. vide Dec. *consi.* 158. *vel* 178. vbi an intelligitur de incestu, de iure ciuili an secundum Ius Canonicum, quæ pœna imponatur contrahenti incestas nuptias, per istam Authen. incestas an habeat locum de incestis nuptiis, de Iure Canonico, licet non sint incestæ Iure Ciuili, Dec. *in consilio* 158 *per tot.* Felinus *consilio* 118. *vol.* 1.

¶ Imponuntur pœnæ contrahentibus incestas nuptias de iure Ciuili. An idem sit de iure canonico, Dec. *ad L. certum, nu.* 7. *C. vnde legi.* Crot. *ad rub. solut. matrim. num.* 49. & *seq.* Rip. *ad l.* 1. *num.* 16. *C. de edend.* Alex. *cons.* 229. *lib.* 6 Decius *ad c.* 2. *num.* 7. *de testib.* & *consilio* 268. Qui aliter tenet, & ad eius replicationē responde, vt per ipsum in *d. consilio* 268. & vide per D. Vinc. Hercula. *ad l.* 1. §. 1. *Falc. col. fin. ad l. Falcid.*

Auth. Ex complexu.

Ad istam Authenticam, vide *consil.* Soc. 161. Rom. *cons.* 43. *in fin.* Franc. Curt. *in cons.* 13. Ias. *Instit. de actio fuerat*, Nicol. de Vbald. *in tract. de success. ab intestat.* Et repet. *in Auth. si qua illust. C. ad Orfician.* Præst. Pap. *in tit. quo agit ad instrumēta, chart.* 72. vbi dicit, quòd in hoc est seruandum Ius Ciuile in terris Imperij. & Ius Canonicum in terris Ecclesię. Vide alia, quæ dicuntur *in l si gener. ff. de his quibus vt in dig.* vbi plura ad hoc cumulaui. Et vide tractatus *de priuat. dot. in* 300. *quæst. priuilegia.* vbi tenet etiam hoc procedere, etiam solùm in Canonico. Et vide Mod. Neap. *in constitutione regni, quàm plura.*

¶ Spurius incapax est possessionis de *Auth. ex cōplexu, & l spurius. ff. vnde cognati.* Ita etiā nepos, qui procedit ex infecta radice. Licet sit ex legitimo matrimonio natus, non potest succedere auo per textum l *fi. C. de donat. lib. in fin* vbi odiose. Et ita etiā consuluit Pet. de Anch. *in consi.* 389. *in* 1. *col.* Bald. *in L. fin. Cod. de verbo. signif.* dicens, quod sicut filij spur. nō sunt de familia, ita etiam nec nepotes legitime nati, quia legitima consequentia, non potest esse ex illegitimo nascendi principio. Hinc vult, regula quo casu repelluntur spurij eodem & filij, Paul. Castr. *cons.* 81. *in causa, in* 4. *col.* Item Ioan. Andr. *in addit. Specul. in titul. de success. ab intestato*, §. 1. *in addit, incip.* Accursius & Alexander *in consi.* 136. *incip. si non.* Vbi vna persona prohibita, succedere omnes descendentes ex eo prohibiti intelliguntur. Item Ang. *in* §. *reliquū per illum text. in Auth. de hered. ab intestato*, Baldus *in fin. Cod. de lib. prateri.*

¶ Filij nati ex incestuoso, & nefario cōplexu non succedunt, nec ali debent, quia sunt indigni paterna substantia, vide Dec. *cons.* 611. & *ad c. in præsentia, num.* 11 4. *extra de probat.* & *ad c. cùm Ecclesia S. Mar. de const. nu.* 112 Crauet. *cons.* 138. 184 199. In materia Aret. *consi. de tur. nat. prin. num.* 5. Rip. *ad rub. ff. de verb. oblig. nu.* 58. & *ad l.* 1. *nu.* 66. *ff solut. matri.* Boer. *decis.* 127. Mars *sing.* 358. Paleot. *in tractat. de not.* & *spur. q.* 47. 14. amplia, & limita. Ad hunc textum, vide per Duen. *in suis reg. reg.* 366.

l. Humilem. 7.

Vide Glossam *in can. qui contra*, 32. *c.* 24. *q.* 1.

l. Licet. 8.

Vide *Nou.* 22. *c.* 3.

l. Ab incestis. 9. & vlt.

Cuiac. *d. c.* 28. Dec. *consilio* 434. *visa.*

Titul. 6. De interdicto matrimonio inter pupillam & tutorem seu curatorem filiósque eorum.

Vvrmser. 1. *pract.* 36. c. 1.

l. Senatusconsulti. 1.

Rom. *consilio* 505. *in re.*

l. Mater

l.Mater.2.

Priuigni sui tutor quis esse potest.

l Cum proponas.3.

An vir bonus cauere etiam suspicionem debeat, vide hic D.Gothof.

l Libertinum 4.

Vide Bald.hic.

l.Curatorem.5.

Quę sit ratio differentię inter casum istius legis, & *l.si tutor, C.eod.* vide Tiraq. *in l.commun.p.gl.ff.1 part.num.45.in med.*

l.Si patris.6.

Ex hoc loco restringenda est *l. 19.vers.70. ff de nouat.*

l.Si tutor.7.

Coniunge *l 36 ff.de ritu nupt.*

l.Si quis tutoris.8.& vlt.

Testasse an crimen sit, vide hic D.Gothof.

Tit. 7. Si quacunque præditus potestate, vel ad eum pertinentes ad suppositarum iurisdictioni suæ aspirare tentauerint nuptias.

Vide *lit.3 C.Theod.tit.11.*

l.Si quis ordinaria.vnica.

Bart.*cons.105.inquiritur.*

Tit.8. Si nuptiæ ex rescripto petantur.

Vide *l.28.lib.3.C.Theod.tit.10.*

l.Quidam.1.

Menoch.*a operis, cas.201.cum seq.*

l.Nefandissimum.2.& vlt.

Iunge hic *l.vnicam, C.si rector prouinciæ.*

Tit.9. De secundis nuptiis.

Circa Rubricam, pœnæ statutæ contra secundos nubentes locum habent contra non honestè viuẽtes: Bart. *in l.hu solus, C.de reuoc. donat.* dicit esse perpetua mente tenendum, Corras.*lib.3.miscell.c.1.* Huc spectant Puluæi *lib. duo de mulierum lustr.* & secundis nuptiis, & tom. 1. duo repetitionum & consiliorum in materia connubiorum collecti à Ioanne Nicolaij.

l.Si qua mulier.

Mulier quæ nubit infra tempus luctus est infamis, & patitur alias pœnas de quibus habetur *in d.l.si qua, de pœnis.* & est Glos. *in cap. omnes, 6. q.1.* Sed vide 4. fallentias Socin. *in r g. 331.* Ias. post Bald. *in l. filium quem habentem 7. col. vers. § princ. 5. famil.ercis.* 1. vt in ea pœna procedant etiam quæ nupsit secundo, sed luxuriosè viuit in tract. *de Syl.num.fal.7. in princ.* Ad hanc legem. Vide contrarium apud Tiraq *in ll.commun.q.gloss.1.num.3.* pœnæ statutæ contra secundò nubentes, an locum habent in sponsalia contrahentibus. Abb. *in cap.fi.ext.de sec.nupt.*

¶ Mulier intra annum luctus nubens efficitur infamis, & pœnas patitur, de quibus hic. Vide ad hoc Soc. *reg. 272. mulier.* an pœnæ de quibus hic hodiè sint sublatæ, vide per Abb. *ad c. fin. num. 3.* vbi alij *extrà de secund. nupt.* & Afflict. *decis. 75. num. 5.* vbi de communi, Didac. Couar. *in epit. secundæ part. cap.3.§. 9.num. 4. & seq.ad 4. lib. Decretal.* & quod locum habeant contra viduas luxuriosè & inhonestè viuentes, de communi, Ioan.Garon. *ad Rub. C.de secund. nupt. in 28. parte,* Iul Clar. *lib.5.sent.§ stuprum, vers.generaliter,* Bald. *ad filium quem, C. famil.ercis.* Rom *sing.251. Tu dicis.* Ang. *cons.39. Doctor insignis,* Crau. *cons.36.cum seq.*

Auth.Eisdem.

Vide *Nou.22.cap.40.*

l.Si qua.2.

Reuard. *lib.1.variar.cap.vlt.*

l.Fœminæ.3.

Ad istam legem, vide Cremonens. *sing. 74. & sing.82. & sing.vlt.* ad eam legem quæ imponit pœnam vxori secundo nubenti, quæritur an habeat locum contra maritum, vide Bald. *in l.generaliter, §. eod.* Soc. *in cons 34. & 65.* Dec. *cons. 61. in fin.* & an ista pœna sublata sit. Alex. *cons 68.*

¶ Mulier post mortem viri, transiens ad secunda vota, tenetur quicquid acquisierit ex bonis primi viri communibus filiis reseruare vel alteri eorum, alienatione in extraneos penitus reiecta. Multa in materia posui suprà *ad l.hac edictali, Cod.de secund.nupt.* latiùs tradunt Moder. ab Aquila remissiuè *lib.1.com.opin. in verb. Mulier ad secundas nuptias.* Bap.à S.Blas. *cons.146.num.16. inter cons. diuers. ad caus.vlt.volunt.vol.1.*

¶ An §. *illud*, vbi gl. fin. tangit. An ista lex habeat locũ etiã in patre, & an pœnę de quibus hic, sint hodie sublatæ, & an renunciatio facta per filiam porrigatur ad portioné, quæ in pœnam sibi debetur, vide Decium *cons.87.*

numero 3. *& conf*.206.130.396. *& 604.colum*. 2.Rom.*conf*.182.*in casu*, Aretinum *consilio* 72. *præsupponitur,col*.3.Soc.*conf*.34. *in* 2.*q.lib*.1.Nicol.de Vbal.*in tract. de success ab intest*.2.*part.col*.4. Ruinum *conf*. 44.*volum*.5.Cæpol.*caut*. 238.Guid.Pap.*q*.228.Crem.*sing*.75.Afflict.*decis*.61.*&* 75.Crem.*sing*.173.*consului*, Sil. Nup. *lib*.2.*num*.71 *fol*.73. Afflict. *decis*.73.*n*.6.Boer. *decis*.191.Bald.*consil*.219.*lib*.4 Pinel.*in repetit. ad l*.1.*Cod.de bon. mater*. 2.*par: fol*.1.7.Socin. Iun.*conf*.43.*num*.9.*lib*.3. Rimi.*Instit. de donat. in princ.nu*. 132. Laur.de Palat.*in tract.de success*.3.*part.princ.numero* 36 Iacob. de Alba.*in repet.l.qui Romæ,§.duo fratres,num*.74. *& seq*. D.*de verb. oblig*. Didac. *in Epitom*.2.*par*.c 3.§. 9.*num*.8.

*¶ An quod cõstitutum hic est,locum habeat in muliere nubente cum consensu filiorum,vel cum cõsensu viri sui, vel ex permissu principis,& in minore 25. annis,vide Fachineum *controuersiarum iuris lib*.3. *capite* 65..& Petr. Surdum in *decis*. 99.*numero* 12. *& decis*.100.*num*.1.

Auth.In donatione.

Romanus *conf*.405.

Auth.Lucrum.

Dec.*conf*.236.Oldradus *consi*.137.

Ad istam Authent. vide textus, & gloss.*in l.de quibus*, 1.*conf*.

Auth.Ex testamento.

¶ Post latè tradita hic per scrib.præsertim per Ioan. Agarron. in repet. vide pro intellectu,Socin.Iun.*conf*.43.*numero* 9.*libr*.3. Adde Afflict. *decis*.75.*nu*.4.In materia Bald. *conf*.357.*viso,lib*.2.

¶ Ad gloss.paruam,in verb.*Filij*,eam reprobat Bartol. hic,& alij communiter, Alexand.*conf*.63.*libro* 5.Baldus *conf*.240.*lib*.1 *conf*. 447.*lib*.2.

Auth.Sed & si quis.

Panormit. *consil*.19.*videndum*, *&* 43 Dec. *consilio* 236.

l.Generaliter.5.

Oldradus *consilio* 3.Rom.*conf*.182.

Auth.Hæres.

Decius *conf*.396.Rom.*consilio* 190.

Ad istam Auth. vide *decis*. *Neapol*.314.Dec. *conf*.87.

Auth.Vxore.

Ad intellectum huius Auth & l.præcedentis & Auth. sequ.vide hic Salycet.qui declarat, an vxor quæ non transit ad secunda vota teneatur reseruare proprietatem donationis propter nuptias filiis, ita quod solum vsumfructum habeat, an verò habeat proprietatem,Rom.*conf*.190.

l.Hac edictali.6.

Ad istam Leg.vbi imponit mediam lucrãdi donationem propter nuptias, vide Luc. de Penn.*in l*.1. *Cod. quibus & quando*.4.*pars*.

*An hæc lex locum habeat etiam in nepotibus, declarat Petr.Surdus *in decis*.73.*num*. 11. Nota ex ista l. quod stante statuto, quod præcedente vxore maritus partem dotis lucretur. Si deinde transit ad secunda vota,nõ potest maritus lucrari plus, quàm habeat vnus ex filiis primi matrimonij. Vide per Alex.*cõs*.158 5.*col*.Et vide Bald.hic, qui sequitur opinionem Bart. hic.Sed idem Baldus *in ea l. Lex.supra de condict.ob causam* tenet contrarium.

* Optimè Phanucius de lucro dotis,*num*. 46.47.48.

¶ Sed nunquid mater transiens ad secunda vota, sicut non potest relinquere plus suo marito, ita etiam non possit plus relinquere seu donare filiis secundi matrimonij. Vide per Castr.*consil*. 171 *incip.viso casu*, *vers. sed nunc occurrit*. Et nunquid vltra beneficium, hic filius debeat habere legitimam per querelam inofficiosæ dotis, vide Alex. *conf*.158.

* Antonius Faber *libro* 14. *coniecturarum cap*.17.

¶ Sed nunquid valeat statutum, quòd etiam extantibus filiis primi matrimonij maritus lucretur totam dotem, ita, quòd ex hoc filij possent priuari etiam legitima? Dic quod sic,vt per Dec.*in consilio* 19.*vbi plenè per* 3.*col*.

¶ Mater secundo nubens,non potest plus donare vel relinquere secũdo marito,quàm quod minus reliquerit vni ex filijs primi matrimonij.

* An hæc lex locum habeat quando mulier transiens ad secunda vota donat marito recipienti nomine filiorum secundi matrimonij.vide Fachineum *controuers.iur. libro* 3. *cap*.66.

¶ De materia istius legis, & an ante omnia filij prioris matrimonij detrahant legitimã & quid habeat secunda coniux. Vide Cras. *conf*.142.*&* 20. Alex.*ad l. Mulierque.ff.ad Trebell*. Dec. *in Auth.Præterea,num*.7.& ibi Pic. *num*.31.37.*&* 40.*C.vnde vir & vxor*.Iason *in Auth. vnde & si parens,num*.4.*C.de inoff.testam*.Afflict.*decis*.75. Quædam pono *ad l.fœmina,§.illud*, C. *de secund.nupt*.Crem.*sing*.89. *An lex*,Rot. Rom. *decis*.34.in materia Paris. *consi*.92.95.*lib*.3. Crau. *consil*. 40.*&* 193.*num*. 11.Rip.

11. Rip. *ad l. in quartam, in fin. D. ad l. Falcid.* Ioan. de Ana. *conf.* 67. & ibi Bolog. in addit. ad eum Bald. *consilio* 13. *&* 297. *libro* 4. *& consil.* 271. *lib.* 2. Anch. *consilio* 105. *&* 380. Corn. *cons.* 82. l. 3. Rip. *in lib. respons in tit. de secun. nupt.* Socin. Iun. *conf.* 103. *num.* 43. *lib.* 1. latiúsque alibi Roland. à Valle *in tractat. de lucr. dot. quæst.* 24. *numer.* 2. *quæst* 26. *num.* 1. 8. 13. *&* 15 *& quæst.* 28. *num.* 1. *&* 3. *& quæst.* 28. *nu.* 1. *&* 6. *& quæst.* 30 31 32. 33. 34 *&* 35.

¶ An dispositio dictæ legis habeat locum in filiis vulgò quæsitis, Rom. *singu.* 232. *an lex.* Et quando, & in quibus casibus ista lex procedat, & an possit dari cautela ad eam effugiendam, Dec. *cons.* 246.

*Quid si minus relictum sit filiæ, fœminæ exclusæ per statutum à successione parentū habeat locum hæc lex vide eundem Fachineum *Controuersiarum iuris, lib.* 3. c: 68.

¶ Ad glos. hic *in verbo diuidi ibi, dico quòd reuocant,* sequitur Bald. *consilio* 161. *secunda uxori, lib.* 4. Angel. *consilio* 285. *Punctus,* Riminald. *consilio* 166. *num.* 6. 10. *&* 17. *inter consi. diuers. ad caus. vlt. volunt vol.* 1.

l. in quibus. 7.

Ioan. Aurpach. *lib.* 2. *alleg. c.* 25.

l. Si quis prioris. 8.

Hanc legem optimè explicat D. Got. hic.

Auth. Nunc autem.

Vide Alciat. *præsumpt.* 5.

l. Quoniam. 9.

Nota hic casum in quo quis non tenetur ad reddendam rationem.

Auth. ad eos.

Huius Authenticæ sententia optimè explicatur hîc à D. Gothof.

l. Cum apertissimè.

Oldrad. *consilio* 162. *thema.*

l. Si filij. 11. & vlt.

Iustinianus meminit huius constitutionis *Nou.* 22. *&* 68.

Tit. 10. Si secundò nupserit mulier cui maritus vsumfructum reliquit.

Concenatius *libro* 29. *c.* 2.

l. Si vsumfructum. 1.

Panorm. *cons.* 78. Bart. *con.* 170. Bal. *consi.* 37.

Auth. Hoc locum.

Testator relinquendo vsumfructum vxori suæ si honeste & caste vixerit, transeundo ad secunda vota, non perdit vsumfructum Adde Abb. *in c. clerico. in* 2. *col. vers. & hoc facit d: vita & honest. cler.*

¶ Ad eandem Auht. & gloss. magnam ibi, *sed quia si vir,* vbi vxor relicta domina alimēta tantùm habet, vide late apud Tiraq. *in LL. communibus. par.* 10. *num.* 17. *ex qua.*

¶ An vsusfructus relictus per vxorem viro, vel econtrà amittatur per transitum ad secunda vota. & in materia ad hunc textum *& glo. in verbo derogari,* quando vxor est relicta Domina & vsufructuaria omnium bonorum. Boer. *decis* 198. Dec. *consilio* 418. *in prin. &* 454. latè per Picum *ad* l. *Titia.* §. *fin. de legat.* 2. *nu.* 62. Gozad. *consilio* 95. *numero* 11. *&* 99. *numer.* 8. *&* 47. Crau. *consi.* 12. Tiraq. *de ll. connub. parte* 10. *nu.* 9. *& sequent.* Capr. *consi.* 9. *in allegat:* Rom *cons.* 118. *in prin. & consil.* 153. vbi loquitur in filiabus Ferdin. Ioa. *in repet. ad* l. *filiusfamil.* §. *diui. numero* 120. *de leg.* 1.

Tit. 11. De dotis promissione, & nuda pollicitatione.

Harmen. *lib.* 4. *tit.* 8. Vlpian. *tit.* 6.

l. Frustra. 1.

De intellectu huius Legis vide Alexandr. *in l. sciendum. in primo notab. de verborum obligation.*

¶ Adde Crottam *ad l. si is qui pro emptore. numero* 166. *D. de vsucapion.* pro quo videtur facere textus *in l. si quis arbitratu. D. de verborū obliga.* ad idem facit quod notat Socin. *ad* l. 1. *numero* 57. *D. soluto matrim.* Bald. *Nou. in tract. de dot.* 6. *par prin.* 11 *priuil. & sequent. in prin.* Adde Duaren. *lib. disput. c.* 56. Port. *institut. de stipul. ser. colum.* 1 Coras. *ad* l *qui liber. D. de ritu nupt.* 2. *pars. num* 70. *&* 179 vide Pet. Andr. Grammat. *in tract. de ex ensi. n. nu.* 103. Doct. *ad Rub. D. de verborum obligat.* vbi Torniel. *numero* 59. Dec. *consilio* 428.

¶ Anton. Guibertus *de dote pag.* 39. Corasius *in* l *qui liberos, pag.* 427. *D. de ritu nupt.* Vandus *libro* 2. *variarum qu. c* 4. Guterius *libro* 1. *resol. c.* 64. *à numero* 13. Menoch. *de arb. iud. c.* 149. Corn. *consilio* 165. *visi, parte* 4.

l. Si pro dote. 2.

Bart. *cons.* 165. Chass *consilio* 5. *an ex hoc.*

l. si cum. 3.

Ibi *Arbitratus* Menoch. *de arb. iud. libro* 1. *q.* 7. *nu.* 31 Pet. de Anchar. *cons.* 7.

l. Si voluntate. 4.

Dos confessata seu promissa in æqualitate personarum, præsumitur muneratio siue donatio. sed dos talis cōfessata priuilegia dotis non habebit. Ang *in consilio* 180. *incip. præmitto.* Ad euidentiam vide Bartolum *in ea* l. *An-

tonius Faber *libro 11. Coniecturarum capite 15.*

¶Adde Bald. Nouell. *in tract. de* 10. *parte, col.* 4. *vers. quid aut si, &c. & 7.* Ad eandem l. vide Socin. *in* l. 1. *al.* 20. *soluto matrim.* Glos. ibi in ignobilibus accipientes nobiles, limita vt per Guid. *decis.* 367. *cons.* 66. *lib.* 3.

¶Si aliquis ex dotantis voluntate in instrumento cõfiteatur se plus recepisse, quàm nõ receperit, potest ad id quod non recepit agere, quamuis non posset si esset confessus ex voluntate dotantis, l. *qui pecuniam*, D. *si cert. pet.* limita in casu, de quo hic per Bart. post glos. & vide Soci. *ad* l. 1. *nu.* 70. & 72. *cum seq. ff. soluto matrim.* Guid. Papæ *q.* 363. *nu.* 5. Mars. *sing.* 345 Paris. *cons.* 86. l. 3.

l. Si pater. 5.

Ex promissione dotis agit maritus nõ mulier, secus in legato.

l. Ad exactionem. 6.

Quæro nunquid ista lex procedat alio dotem promittente pro filia vel extraneo, qua de re vide Bald. hic Sed audi, fideiubens pro alio, dicitur fideiubere medio stipulãte alias nõ valet, l. *blanditus. C. de fideiuss.* Reperio Doctor. *in* l. 1 *ff solut. matrim.* hanc opinionem se qui. alij contrà. Corras. *ad* l *qui liberos, pagina* 23.

¶Fauore dotis pactum nudum producit actionem, An dispositio huius legis sit hodie sublata, *per* l. *vnic. in prin. C. de rei uxor. actio.* vel saltem sit inutilis, post Bart. & alios ibi. Rip. *ad* l. 1. *nummero* 52. D. *soluto matrimon.* & de intellectu huius textus vide Parp. l. *ibi. nume.* 13. Ioan. Corras *ad* l. *qui liberos in* 2. *parte. nu.* 141. & *sequen. D. de ritu nup.* Amplia hunc textum vt per Bal. nouel *in tractat. de dote* 6. *par.* referũt mod. nostri Gul. Pont. *ad Rub. de ver. oblib. numero* 20. *in fin.* Cuiac. *ad* l. 6. *ff. de pact.*

l. Si pater. 7. & vlt.

Pater regulariter tenetur dotare filiã, adde 5. fallentias, Soc. *in reg.* 334. An autem si pater dotando in totum de suis bonis filiam, filiæ aliæ nihil habendo, vnde dotentur verificatur quod hic dicitur, quod pater propter inopiam non teneatur, vide Soc. *consilio* 179. Hãc autem legẽ limitabis, vt per Crau. *cons.* 84. Afflict. *decis.* 178. *nu.* 2. *vel* 13. Matth. *sing. vlt.* Afflict. *decis.* 179. Crauet. *consi.* 54. & 77. Socin. *cons.* 100 *lib.* 3. Cott. *in verb. dos data.* fallit si pater incipiat à traditione, Alex. *cons.* 146. *nu* 9. *lib.* 7. Alciat. *lib.* 8 *parerg.* c. 2. & *lib.* 6. c. 14. In quæstione Bart. mulier habens patrem & auum, quis primo dotare teneatur, pater, au⁹, vide *cons.* Aret. 17. *col. antep.* & ibi etiam quem admodum intelligatur quod pater vel auus teneatur dotare, an deducto ne egeat ac plenè per Bart. *in* l. 1. D. *solut. matr.* vbi plenè an & quando vnus pater vel frater teneatur dotare. Corras. *ad* l. *qui liberos, pag.* 415. & 424. *idem epist. q. c.* 12. Concenatius *lib.* 1.

¶Pater simpliciter dotando filiam non exprimẽdo, de quo patrimonio, videtur dotasse proprio matrimonio ipsius patris. Adde Soc *in reg.* 281. *pat. vs filiam*, Afflict. *decis.* 176. & 178. *num.* 13. Alciatum *de præsump. reg.* 1. *præsũp.* 26. Baldum nouum *in tracta. de dote.* 6. *parte, prin. in* 3. & 6. *priuil.* latè per Alexan. Ias Soc. Rip. & omnes *ad* l. 1. *solut. matrimonio.* In materia Bald. *cons.* 245. 208. & 264. Io. Crot. *cons.* 95. *n.* 13. limita, vt per Crau. *cons.* 84 Paris. *consil.* 80. *libro* 3. Alciat. *libro* 8 *parer. c.* 43. An & quando pater dotando filiam videatur dotare de bonis dictæ filiæ vide post Angel. vbi ibi Alex. *cons.* 149. *libro* 6. *n.* 9. Fortun. Garzia. *ad* l. *iurisgentium, in prin. numero* 96 *ff. de pactis*, Rui. *cõs.* 124. *num.* 11. *libro* 1. Soc. Iun. *cons.* 79. *num.* 17. *volum.* 3. vbi multa in materia huius text⁹, Cotta *in memorab. in verbo dos data.* Corras. *ad* l. *filium quem habentem, nu.* 227. *C. de fam. ercis.* & *ad* l. *qui liberos, secunda parte, nu.* 98. & 150. *ff. de ritu nup.* Fortun. Garzi. *in tract. de vlt. fin. vtri. in nutri.* 1. 4. Ang. de Gambel. *cons.* 95. *nu.* 8. *cons. diuers. ad caus. v. t. volun. vol.* 1. Nos habemus correctam dispositionem huius legis ex reformatione statutorum nostrorum loquentium de dotibus & dotatis mul. *rubr.* 45. *versi. & intelligatur.* Quid in patre naturali, an teneatur dotare filiam naturalem, post doct. ad dictam l. 1. *solut. matri.* Præpos. Senen. *in suis quæstionibus* 7. *casu. q.* 5. Paleot. *in tract. de not. & spur.* c. 49. *cum seq.* Roger. *in tract. de dote.*

Tit. 12. De dotium iure.

Hoc est de causa, cõditione, ac natura dotis.

l. Euicta. 1.

Cum. *cons* 27. *quidam.*

l. Stipulatio. 2.

Bart. *consilio* 127. *quadam.*

l. Etsi dotis. 3.

Seruus dotalis potest per maritum in testamento & inter viuos manumitti.

l. Nulla. 4.

Forcat. *Necyom. dial.* 39.

l. Quotiens. 5.

Bart. *cons.* 123. Dec. *cons.* 681. Soc. *cons.* 289.

l. Auia tua. 6.

Oldr. *consilio* 132. *Tuius.* * Camp. *in tract. de dote, part.* 3. *q.* 130.

l. Cùm

l.Cum à socero.7.

Vide *l.7.ff.de pact.dotal.*

l.Etiamsi.8.

Augmentum dotis eodem vtitur priuilegio & actione, Corn. *cons.13. num.7.vers. & profectò,lib.1.*pro intellectu,vide Ruin.*ad Rubric.ff.solut.matrim.num.67.*

Quid in statuto quod vir lucretur tertiã partem dotis, an habeat locũ etiam in augmento,vide Ioan.Campeg.*in tract.de dote,in Rub.de sta.loq.de dote,q 8.& 18.* Syl.*nup.lib.2.num.57.*Dec,*cons.255.casus.*

l.Dotis.9.

Quomodo inter fiscum & mulieré prælatio sumatur,vide hic Bald.

l.Cum dotem.10.

Vbi res æstimatæ in dotem datæ, pleno iure transferuntur in maritum, vt eas vendere maritus possit quomodo hoc intelligatur,vide Ias.*in §.actionum,num.34.Instit.de act* Crem.*cons.48.* Ruin.*cons.163.lib.4.* Dec.*cons 682.in causa.*

*Cuiac.*ad l.iurisgenium §. quinimmo. D. de pact.*

l.De his.11.

Pro rebus dotalibus abreptis agit maritus,non vxor.

l.Ex pecunia.12.

Cuiac *libr.*.. *obs.c* 8.Rom *consi.201.pro decis.*Cor.*cons.170.quia causa,parte 4.*

l.Si à matre 13.

Mater non potest dare rem filiorum pro dote sua.

l.Neque mater.14.

Guid.Pap.*cons.54.cum in facti.*

l.Cum circa.15.

Amissio instrumentorum dotalium, an præiudicet doti,vide hic D.Gothof.

l.Ante.16.

Iunge hic *l.vlt.supra de probat.*

l.Res quas.17.

Cuiac.*lib.17.obs.c.6.*

l.Si socrus.18.

Vsus formalis non extinguitur morte con ducentis.

l.Cum patrem.19.

Dec.*cons.402.in causa,*Bald.*cons.176.par.1.*

l.Pro oneribus.20.

Fructus dotis vxori donari non possunt.

l.si inter.21.

Nota, quòd in dubio præsumitur ea æstimatio,quæ facit emptionem. Limita,quando æstimatio esset inæqualis valori rei,quia tum aliud iudicatur.*l.cùm in fundo.§.vxor viro. D. eod.* argumento etiam eorum,quæ voluit Alex. *in l.ex conuentione sup.de pact.*Et ibi Bald. ante eum,qui limitat alio modo, vt ibi.Sed alia ibi per Ias.videas Bald.*cons.387.par.1.& 407.part.5.* Alex.*cons.79.parte 5.*

¶ Ad glos.quòd æstimatio in dubio facit emptionem.Bar. & omnes *ad l.si extimatis ff. solut.matr.* Dec. *ad l.ex conuent.C.de pact* amplia & limita meliùs quàm alibi, vt per Rimin.*Inst.quib.ali.licet vel non,in prin.num.34.& sequ.* vbi de materia etiam *h.l.si inter virum,præsertim num.65.*

l.Rem quam.22.

Vide *l.17.sup.eod.*

l.si prædium.23.

Cuiac. *d. cap.6.*Ias.*cons.44.ad dubia parte prima.*

l.si dotem.24.

Dos culpa mulieris amissa an reuertatur ad eam,vide D.Goth.hic.

l.si mulier.25.

Oldr.*cons 5. Titius,*Rom.*cons.503.diligenter,*Dec.*consi.238.proponitur.*

l.si genero.26.

Nota hic quod extraneo non possumus stipulari.

l.Licet dos.27.

Vide *l.72.D.hoc ti.*

l.Mulier.28.

Cuiac *lib.16.cap.14.*

l.Vbi adhuc.29.

Sarmientus *lib.3.select.c.12.* Contius *lib.1.disput c.7.*Bald.*cons.394.statute,parte 5.*Pet.de Anch.*cons 250.*Cum.*cons 92,*Rom.*cons.107.in re,*Bald.*con.160.libellus,parte 2.*

¶Mulier viro vergente ad inopiam,etiam constante matrimonio potest dotem exigere,& hypothecaria agere.In materia Tiraq. *in tract.cess.caus.2.par.limi.14.numero 5.* Afflic.*decis.349.*adde an priuilegium h.l. possit per ipsam mulierem cedi alteri ,vt possit cessionarius nomine mulieris constante matrimonio experiri. Bald. nouell.*in tract.de do.122 par.princ.nu.26.& 27.6.volu.tract.*adde in materia *ad h.tex.* Bald & Bart.in *repet.ad l.1.nu.294 cum seq. D.solut.matri.*

*Facineus *Controuersiarũ iuris lib. 3.c.100.*

l.In rebus.30.

Adde latè per Bal Nouel.*in tract.de do.8.part.princip.*vbi ponit plures limitationes ad hunc textum *& ad l.1.D.solut.matrim.num.*

160.281 284. & 303. & ibidem. Pon. num. 28. post Ios ibi, & Rip. num. 37. idem Bald. Nouel. ad l. si constante, num 80. D. solut matrim. Zas. lib. 2. intel. cap 5. Corras. ad l. naturaliter, §. nihil commune, num. 25. D. de acquir. possess. & libr. 5. Miscell c. 14. Soc. Iun. ad l. 1. a stipulatus, num. 227. D. de verb. oblig. secundum antiquam impressionem. Riminal ad prin. Inst. quib alien. lic. vel non, num. 318. vsque ad numer 325. Adde, quod priuilegium huius legis non se extendit ad extraneum dotantem, & paciscentem sibi reddi soluto matrimonio, Bald. Nouel. d. tract. de dote. 12. par. princip. numer. 22. ad hunc textum Ari. Pinel. in repet. ad l. 1. C. de bon. matern. 3. part. num 12 fol. 302. Cephal. cons. 256. num. 27. & 28. volum. 2.

* Dispositio huius legis an militet in dote profectitia. vide Ioann. Camp. in tract. de dote par. 3. q. 76. num. 2.

¶ Ad glos. 1. in fi adde Alex ad l. etiam, §. licet, num. 3. D sol. matrim.

¶ Ad glos. in ver. extimata, dic quòd communiter est approbata, vt per Ias. ad §. actionum, num. 84 Inst. de actio. Crem. sing. 19. Ruinum consil. 163. lib. 4. Rimi. ad princip. Institut. quibus alien. licet vel non, num. 345.

¶ Nota quod in re æstimata in dotem data, præferatur mulier creditoribus habentibus etiam anteriorem hypothecam & expressam, vide Aret. in cons 32. col. 3. vbi dicit hoc procedere, etiamsi primus creditor esset priuilegiatus, tu limita hoc solum procedere ad valorem, pro quanta fuit æstimatio: quo vero ad illud pro quo meliorata fuit, secus vt ibi per eum. adde Bart. hic.

¶ Mulier impudica perdit dotem. c. plerunque, de donat. inter virum & vxorem. Item etiam bona Paraphernalia, vt dicit gloss. in d. c. qua exclamat. Bald. in d l. 1. quam glossa allegat. Card. in cons 111. col. 2. Et Rom. sing. 31. Ad hunc locum vide quæ scripsi infrà in l. consensu, de repudijs. Et ad d. cap. plerunque, & l. consensu, vt habeat locum nedum in nupta, sed etiam in vidua. Ita consuluit Castrens. in consilio 112. incip. reuocatur in dub. Et cons 128. Et ita etiam tenet in l sororem, infr. de his quibus vt indig. Licet contrarium ibi teneat Alex. vnico argumento. Cui respondet Paul. Castrens. in d. cons. 4. volum. 1. Et an habeant locum in sponsis, si quid dedissent, vt illam amittant, secuta fornicatione, per ea, quæ habentur in c. qualam, de iniurijs. Et vide de illa opinione Pauli aliquid per Fedor. Senens. cons. 167. Et cons 176. Et etiam. Roman. in cons. 2.6.

Filia impudica exhæredari potest, secundum c. Quinto abalia de sureiur. Vidua etiam impudica desinit esse in domicilio viri, secundum Ang. in l. cùm quadam puella. ff. de iurisdict. omn. iud. Imò talis perdit omnia priuilegia viduitatis, vt est textus. Ibi etiam Salyc. in l. hic solu, infr. de reuoc. donat. Et Ludo. reper. l. pen. colum. 34. in vers item huius, infra de hæredib. instit. Abb in c. vxoratus, in prin. de controuers. coniug.

l. Cùm quidam. quæ est l. fin. § Præterea.

Dotem promittens post biennium, & contractum matrimonium sine interpellatione constituitur in mora, vt teneatur ad fructus, & vsuras hac lege expressas, vide Iacob. Nig. ad l. si Insulam, nu. 22. de verb. oblig. Bart. & alios Doct. præcipuè Socin. & Clau. de Seis. ad l. de diuisione, D. solut. matrim. Bald Nouel. in tract de dot. 4. par. princ num. 10. Ruin. ad Rubric. ff. solu. matrim. num. 81. Alex. cons. 147. nu. 1. vsque ad 5. vol. 5 ibi sub num. 4. Limita hunc textum procedere in extraneo promittente dotem, secus in muliere, vel eius patre, in quibus statim post contractum matrimoniũ, & eius onera, dicitur mora committi iuxta notata per glo. Bart & alios ad dicta l. de diuisione, testatur de communi, Alex. in dicto cons. 147 n. 3. ad finem.

¶ Dec. ad cap. cùm accessissent, nu. 29. de constit. in not. q. Guid. Pap. quæst 383. Gemin. consi. 124. Tiraq in tract de primogenitur. quæstio. 69. Bald. & Cin. ad l. voluntariè. C. de excus. tutor. Ias ad l. penult. ff. de constitut. princip. Lud Bononien ad l. si tincta, §. Iulianus, num. 21. D. de dam. infect. & ibi Michael Vrcur. numer. 259. Rimin. Inst. quib. alien. licet vel non, ad §. 1. nu. 161. Iacob. Menoch. in tract. de arbitr. iudic. lib. centur. 1. cons. 6. num. 7.

Tit. 13. De rei vxoriæ actione in ex stipulatu actionẽ transfusa & de natura dotibus præstita.

Rei vxoriæ actio hodiè est sublata.

l. Rem in præsenti. l. & vnica.

*Quis 4. huius legis sensus sit optimè Ioan. Camp. tract. de dote q. 57. num. 2. par. 1.

Quando stipulatio nón est necessaria, si interponatur inutiliter; valet actus, an & quibus casibus, quando aliquid non est necesse, si illud adhibeatur inutiliter, non vitiet actum. Vide Felin. plenè in ca. cùm ordinem, 1. col. cum seq. extr. de rescript. aliqua per Ias.

Iaſ. *in l.1.in fin.ff.de eden.in §.ſciendum.* Aullus Gel. *lib.4.cap 3.* Dec. *conſ* 12. Bart. *conſ.*79.

¶Ad iſtum §. vide quæſt. poſitam per Alex. *in l.1.C.vnde vir.& vxo.* Eſt iſte textus allegatus per Iaſ. *in l.1 ff ſi quis in ius vocat. nō ter.*

¶Quando aliquid non requiritur de neceſſitate, ſi illud omittatur, vel ineptè exprimatur, non vitiat actum, & eſt cōmunis opinio de qua per Iaſ. *ad l.edita, num.3.C.de edē. & l.ſi mora, n.25.ſolut.matr & l.qui in aliena. §.Celſus, de acq. hæred.* Feli. *ai c.cum ordinem, col.2.extrà de reſcrip.* Bald. *conſ* 422. Panorm. *conſ.*41. Fulg. *conſ* 59. Socyn. *conſ.*126. *part.2.*

§. Et vt plenius 1.

Cuiacius *lib.3.obſ.cap.*10. Ioh. Aurpac. *libr. 2.alleg.cap.*30.

§. Maneat. 4.

Goueanus *lib.2.var.lect.cap.*5.

§. Taceat. 5.

Vide Socin. *conſ.* 170. *in 2.vol.chart.fin* Et Bald. Nouell. *in ſuo tract.in* 8 *parte, in 1 priuilegio.* Et an illud priuilegium datum vxori, vt non habeat locum retentio, etiam detur hæredi ibidē *in eodē tract.in 2.parte, char.*94. Pilæus *quaſt.*81. Vertranius *de iure liberorum c.*5.

§. Sed nec ob impenſas.

Expenſæ neceſſariæ ipſo iure imminuunt dotem. Adde quòd ſi dos in tali legaretur vxori expreſſa quantitate, tunc ipſius expēſę videntur remitti, *l.etiam quis.* Et ibi Bart. *in p.ff. de dot.præleg.* Socin. *conſ.*359. Dec. *conſ* 212. Soci. *conſ.*126.

§. Cum autem. verb. diſſoluit. 7.

Nota quod iſte textus allegatur ad hoc, quod priuilegium conceſſum marito, non habet locum, ſi nullū fuerit matrimonium. De quo dic, vt per Doct. *in Rub.ff.ſolut.matr.* Guterius d. *parte* 1. *c.*21 *num.*8.

§. Exactio. Dotis exactio.

Nota quæſtionem. An hæredes mariti mortui, ſi volunt, incontinenti dotem in mobilibus cōſiſtentem poſſint reſtituere, & non expectare annum, & per conſequens non teneri interim alimētare vxorem, quia tale tempus anni, pupillis fuit indultum hæredibus commiſerationis cauſa. Et ideò ei poſſunt renunciare. Bald. *in Auth. & quod ei curat. C.de bon.aut.in.poſſ.col* 16. *verſ.quaro mulier miſera.* Et eſt in fine Alex. *in l.diuortio, col.*11. *ſol.mat.* Imò fortiùs Bald. *in d. Auth.* qui tenet, quod hæredes mariti in continenti reſtituendo, poſſint retinere inter vſurium medij temporis, quod percepiſſet ex tali dote, *per l.ſi conſtante, §.quoties, ff ſolu.matr.* quod vltimum dictum commendat, & reputat mirabile Alex. *& ſeq. in d.l.diuortio, in princ.*3. *col.* Idem etiam ſequitur Ang. Aret. *in §.fuerat, Inſtit.de actio. colum.*6.

¶Quod ſi ſoluto matrimonio heredes volunt reſtituere mobilia in continenti, an poſſint repetere inter vſurium. Vide Cottam, *in verbo, dos, &c.*

¶In iſto §. *exactio*, dicitur quòd immobilia ſtatim reſtituuntur. Quæro an poſſint à marito poſt mortē vxoris licite poſſidere; Dic vt per Bart *conſ.*207.

¶Quid autē cùm vxor cum hæredibus viri conuenit, vt teneat aliqua bona, de quibus fructus lucretur, donec de dote ei ſatiſfiat, an talis contractus ſit vſurarius. Vide per Pau. Caſtr. *in conſ* 384. *incip. viſis &c.*

¶Pro intellectu huius §. Crot. *ad l.2.n.*54. *ff ſolut.matr.* Cott. *in memorab.in verbo, Dos ſolu.matrim.* Iaſ. *ad §.fuerat, Inſt.de act.num.*26. Quid ſi immobilia dotalia vendidit, & earū precio mobilia emit, an debeant ſtatim reſtitui, Roman *ſingul.*228. tu habes limitationē in dote putatiua ſoluēda, in qua maritus nō habet annuā dilationem, de qua hic, vt poſt Salyc. Alexan. & alios *ad l.ſi cum dotem. §.fin. ff.ſoluto matrim.* ſequitur, & de communi teſtatur Didac. *in epit.2.parte.cap.6.§.8.numero* 24. & quid ſi mulier intra annum ad ſecundum matrimonium tranſierit. Didac. *in epit.2 par. cap.3.§.9.numero* 10.

§. Accedit. 13.

In iſto §. quæro ſi extraneus promittit dotem pro muliere, & deinde matrimoniū nō ſequitur, an reſultet inde tacita donatio, de qua in hoc textu. Vide textum *in l.extraneus. ff.de donatione cauſa mort.* Dec. *conſilio* 35. *colū. 2 cum ſequent.*

¶Datum pro dote ab extraneo in dubio præſumitur donatum. Adde & limita vt per Bald. Nouel. *in tract.de dot.6.par.principalis priuileg.*45. Dec. *conſ.*135. *colum.*1. Bartol. *ad l.vxorem.§. pater naturalis.ff.de legat.*3. An priuilegium, de quo in hoc §. transeat ad heredem, & an in ceſſionarium, Bald. Nouell. *vbi s.* 2. *par.princ.numero* 31. Ad hunc textum Ruin. *ad l.1.nu.6.5 ff ſolut.matrim.*

¶Ad gloſſ. *in verbo præſumatur*, quæ ſit differentia inter fictionem & præſūptionem. Alciatus *in tract.præſump. in princ.* Bald. Salyc. & alij *ad l.ex morte.C.de pact.conuent.* vide Iaſ. *ad §.fuerat.num.*133. *Inſt.de action.*

¶An res dotales alienari prohibeantur, adde Rip. *ad l.2.n.*103. *cum ſeq ff ſolut.matr.* Bald.

Nouel.*in tract.de dote.in 7.parte prin.priuileg.1.* Abb.*ad* c.*peruenit.extrà de emp.& vend* & Afflı.*decis.311.& decis.349.nu.*4.& adde ad dicta Auth.Rim.*Inst.qui.alie.lic.vel non, in prin.nu.*88.& 102. Rip.*in libro respons.in tit.de fun.dot.* Cepha.*consil.*51.*n.*26.*vol.*1. * Const.Roger.*in tract.de dote num.*20.

vers.in præcedent.

Præsenti.*Vbi glos.in verbo præsumatur.*Adde Abb.*in c.iux.in fin.extra de temp.ord.*

Auth.Sed quamuis.

¶ Vide Rom. *cons 385.* vbi multa de intellectu huius Auth. Vide Crat. *in rep. c 1. de consti. col. 8.* Et Parid. *cons. 24 nu. 8. vol. 1.* Cur. Iun. *con. 167. n. 8. cum seq.* vbi notabiliter firmatur per hunc textum, quòd dispositio testatoris facta inter liberos intelligitur aliam habere causam derogatoriam ad sequentia testamenta, adeò, quòd per sequens testamentum non tollitur primum, nisi in secundo testamento fiat expressa mentio primi, & illud reuocetur in secundo, vt hic per Paul. Castrens. & hic. Etsi fortè in primo testamento facto inter liberos, esset clausula expressa derogatoria ad subsequentia testamenta, tunc requireretur duplex derogatio in secundo testamento, scilicet, derogare primum testamentum, & derogatoriam clausulam ibi positam. Curt. Iun. *in con. 169.* Et ibi habet rationem, quòd si quis in primo testaměto ponat clausulam derogatoriam, scilicet, quòd promittat illum non reuocare in secundo testamento, debet esse specialis derogatio ipsius clausulæ derogatoriæ. Vide Delph. 127. *col. 3.* Et de ista clausula derogatoria, vide Dec. *consil. 165* Et Alex. *cons. 24.* Et Bertrand. *cons. 151. vol. 3.* Guid. Papæ. *cons 64. vol. 1.* Dec. *con. 475. col. 4.* Barb. *cons. 77. vol. 3. Et cons. 72. nume. 12. volum. 2.* Soc. *cons. 173. numer. 4. volum. 2.* vbi clausula omni meliori via & modo æquiparatur clausulæ derogatoriæ. Et licet primum testamētum, in quo est clausula derogatoria per secundū non aliàs reuocetur, nisi expressa mentio fiat de dicta clausula, tamē non procedit. Nam reuocatur partim propter ortas controuersias inter testatorem & hęredem institutum, apparente testatoris volūtate de hoc, quia tunc nihil refert, si non secund. facta mētio derogatoriæ clausulæ. Ita tenet Bar. *in l. sancimus supra eo* Hypp. *in l. 1. §. præterea, n. 6. D. de quæst* Et quamuis testamentū non valeat, nisi septem testibus adhibitis, *vt in l. hac cōsultiss* tamen testamenti deperditi tenor, & continentia probari potest per duos testes, Hypp. *sing. 156.*

¶ In eadem Auth. *in §. si quis autē,* nota textum quòd primum testamētum tollitur per secundum minus solenniter factum, quando per illud ad Ius commune reuertitur, quia sunt instituti venientes ab intestato, aliis secus. Et per istum textum potest inferri ad quæstionem, quæ aliàs contigit in facto.

¶ Princeps dedit licentiam Vasallo testandi, an poterit sine assensu testamentum reuocare? Dic quòd aut poterit Vasallus sine alia superioris licentia testari, & poterit tunc eadem ratione reuocare, & per consequens fortius modificari, aut non poterat sine superioris licentia testari, & tunc aut vult testamētum tollere aliter testando, & non potest, aut vult simpliciter tollere, & ad Ius Commune redire & potest, secus si vult simpliciter tollere, Abb. *cons 25. 2 fol. prope fin.*

¶ Et vide ad hanc Auth. Bart. *cons. 502.* ampliantem hanc Auth. in testamento ad pias causas, *in cons. 229. col. fi. lib. 2.*

l. Distantibus. 22.

Adde Pet. de Rauen. *in suo aureo Alphab. in verb. legatarius.* Et Alex. *in cons. nu. 17. vol. 6.* Et vide Aug. *in l. legatarius, col. 67. fin. de testam.* Bald. hic. Vbi ad probandum, quem esse vsuarium, admittuntur testes, qui ab eo mutuū recepisse confitentur, temperat hoc, si declarant, quòd solutas vsuras recuperare non intendunt, & vide Ferrar *cons. 40. & cons. 15. vel 41.* vbi ponit, quod coloni non sunt idonei testes ad probandū quod recipiebat dominus eorum omni anno 101. fructus, quos ipsi soluebant. De quo per Bart. *in cons 77. col 3.* & vide plenè Aymon. *cons 71.* Bald. *con. 152. parte 3.*

l. Consulta. 23.

Cuiac. *consultatione. 3.*

l. Ambiguitates. 24.

Rom *cons. 140. circa.*

l. Præposteri. 25.

Nota hic quod præposteratio verborum, contractũ aut vltimas voluntates nõ vitiat.

l. In testamentis. 26.

¶Nota hic hęc duo verba, *Formalem obseruationem*.

l. Sancimus. 27.

¶Quomodo dicatur valere reuocatio testamenti. Adde, vt per Bart. *ad* l. *si iure, de leg.* 3. Guid. Pap. *decis.* 200. & Soc. Iun. *cons.* 145. *lib.* 2. Dec. *cons.* 582. *Pro fundamento, col.* 1. *& seq.* Fulg *cons.* 57. Nouissimè Fernan. Vasq. *in tra. de successio. creat.* §. 17. *nu.* 75. & per Iul. Clar. *lib.* 3. *sent.* §. *testamentum, q.* 71. Soc. Iun. *in repet. ad rubr. D. de acquir. possess. nu.* 126. *&* 134. Didac ad Rubr. *extrà de testament.* 2. *parte nu.* 19. Bart. *cons.* 38 Panor. *cons.* 18. Old. *cons.* 160. Panorm. *consi.* 111.

l. Cum antiquitas. 28.

¶Nomen hæredis debet esse scriptũ manu testatoris, vel eius voce nuncupatum, & à testibus subscriptum in testamento, in scriptis. Vide Ias. *ad* l. *si mihi & tibi*, §. *si quis seruos, nu.* 5. *de leg.* 1. Aret. *ad* §. *fi. col. fi. Inst. de test.* Afflict *decis.* 143. Crau. *consi.* 117. Soc Iun. *consi.* 183. *lib.* 2. *& cons.* 144. *n.* 15. *& cons.* 179. *nu.* 35. *eo. lib.* 2. Bolog. *cons.* 53 Dec. *ad* l. *discretis, Co. qui testam. fac. poss.* & quomodo quis dicatur articulatè loqui vide Cor. *cons.* 261. *li* 4. *n.* 24. nec alibi inuenio in toto corpore iuris ciuilis.

¶ Quid in fideicommisso vniuersali, an possit relinqui nutu, dic, vt per Ponta. *ad* l. 1. *nu.* 49. *de legat.* 1 Ias. *ad* l. 1. §. *si quis ita, nu.* 9. D. *de verb. oblig.*

¶Ad Gloss. hic, in verbo *quemadmodũ*, ibi, *sed quid si alius exprimat.* dic istã Glossam habere locum etiam alio testamento solẽniter acto, vt per Dec. *cons* 489. *num.* 1. *cum seq.* Socin. Iun. *consi.* 179. *lib.* 2 Corn. *cons.* 77. *lib.* 4. Patau. *con.* 1. *in ordine, inter cons. diuers. ad caus. vlt. volun. vol.* 1. & ibidem Lanfranc de Oria. *cons.* 128. *nu.* 3. & Ioan. Baptist. de Rosel. *cons.* 151. *numero* 3.

l. Iubemus. 29.

Vide *Nou.* 66. *c.* 1. §. 1.

l. Nostram. 30.

Oldrad. *consi* 144. *circa materiam.*

l. Et ab antiquis. 31.

¶Declara hunc textum, vt loquatur de testamento rustici, & post Bart. ibi, *colu.* 9. per Iasonem *ad* l. 1. *col.* 16. *cum seq.* C. *de sum. trin.* & per Aret. *ad c.* 2. *de probat.* Alexand. *ad* l. *si non speciali, nu.* 2 D. *eodem titul.* Felinum *in d. c.* 2. Amplia hunc textum, vt per Rip. *ad* l. *centurio, col.* 2. *nu.* 8. *de vulg. & pupill.* Paris. *cons.* 31. *lib.* 2 limita non habere locum in ciuibus facientibus testamentum in loco rustico. Pont. *ad* l. 2. *nu.* 3. *de leg.* 1 Rip *in tract. de priuil. vlt. vol. caus. pestis, colum.* 1. *&* 2. latè Crott. *ad* l. *nemo potest, de leg.* 1. *nu.* 21. *& seq.* & ibidem post Ias. 2. *lect. col* 17. Annibal. de Cano. *n.* 61. 152 *&* 156. *&* 163. Natta Asten. *ad* l. *hac consultissima*, §. *ex imperfecto, Cod. eo. præsertim, num.* 16. an dispositio huius legis extendatur ad alium casum vbicumque propter loci & téporis qualitatem non possunt haberi 7. testes remissiuè. Pontan. *ad* l. 2. *col.* 3. *n.* 5. *de leg.* 1. & in casu tempore pestis consuluit Dec. *com.* 185 latè disputando competit Anch. de Cano. *ad* l. *nemo post, nu.* 64 *cum seq.*

Tit. 24. De hęredibus instituẽdis, & quę personę hęredes institui non possunt.

l. Qui deportantur. 1.

Curt. *consi.* 100. Bald. *consi.* 27.

l. Cum proponas. 3.

¶Nota, quòd in simili dicitur, quod vltimus dicitur, quem nemo sequitur, & proximus, quem nemo præcedit, seu quo nullus est superior, l. *qui duos, D. de rebus dubiis.* Et minus facere dicitur is, qui nihil facit, l. *illud.* §. *minus*, §. *ad Trebell.* per quem dicit Ias. *q. in* l. *iteum, in an epen. col. in* 7. *fal* D *si cert. petat.*

*Declaratur hęc à Petro Surdo *in decis.* 128. *numero* 17.

¶Ad hanc legẽ, vide Ang. hic dantem cautelam ad relinquendum spurio. Et in l. *in tempus, D. eod.* Contrarium tamen ibi tenet Imol. & ante eum Bald. *in* l *hac edictali*, 3. *col. de secun nup.*

¶Et de isto verb. *residuo*, vide plenè per Lado. Bonon. in sua Theodosiana, in vebo, reliquum ciuitati Bononiæ, &c. vbi dicit, quod vbicunque creditor dixisset à debitore accipere pro residuo, intelligitur debitor liberatus ab aliis, & satis fecisse in totum. Et ponit ibi pulchram quæst. &c.

¶Substitutio vulgaris, si hęres nõ erit intelligitur, quia non est, vel quia non potest. Et vide 2. fallentias, Soc. *reg* 178. *incip substitutio*, Cuiac. *libro* 17 c. 21.

¶Substitutus vulgariter seruo testatoris, & alterius quem testator tanquam proprium libertum instituerat, admittitur vel repellitur, pro vt de mente testatoris fuisse probatur. Pro intellectu huius textus, vide l. *si pater, D. eod.* Præpos. Sen *eo cas.* 2. *qu. per tot.* Dec. *cons.* 316 Polit. *in tract. subst. in mat. vulg.* 3. *par. numero* 1 *& seq.* Bal. nouel *ad l. cum filio, de leg.* 1. *numero* 34. *&* 39. & ibi Bau. *numero* 109.

l. Si pater

l. Si pater tuus. 4.

¶ Testator errans in coniunctione personæ, quam instituit, & sic errans in causa finali institutionis, licet error ipso iure vitiet instrumentum *d. l. si pater, & l. nec apud.* Et licet testamento non possit adiri hæreditas, tamen legata & fideicommissa, debetur à venientibus ab intestato. Casus est singularis, *in l. ea, quã, J. de fideic.* per quem textũ dicebat ibi Cast. se vidisse casum, quem tunc pro manibus habebat, quem refert & sequitur Dec. *cons. 1; 6. incip. viso themate, &c.*

¶ Adde Bart *in l. eam quam, in fi. de fideiuss.* vbi tenet, quod huiusmodi hæreditas venit, & est applicãda venientibus ab intestato, qui tenetur ad legata & fideicommissa per testatorem relicta. Et hoc *in 2. col.* Et nota, quod filiatio est de substantia institutionis, & quod testes sufficiãt ad probandũ hoc. Vide Doct. maximè Ias. *in l. 2 in fi. 4. col. C. de bon. poss.* Dec. *cons. 342.* Bald *cons. 180. parte 3. & 134.* Corn. *con. 1;8.* Fulg. *consi. 23.*

l. Non ideo. 5.

Non vitiatur institutio, si vxor appelletur affinis, vide l. 4. ff. *de testam.*

l. Si compensandi. 6.

Zoannetus *rerum quotidian* c. 16. Corn. *con.* 115. *parte 4. & 230* vide l. 7. ff. *de negotijs, & l. 5. supra de hæred. adi. n. 85. D. de legat. 2.*

l. Nec apud. 7.

Rom. *consi. 327.* Dec. *consi. 342. & 176.* Fulg. *consi. 23.*

l. Collegium. 8.

Briss. in *lib. 1. select. c. 14.* Nota autem hic, quod collegijs illicitis hæreditas relinqui non potest, vt puta Iudæorum.

l. Extraneum. 9.

Cuiacius *lib 3. obs. c. 34.* Bart. *cons 118. quod vero ius*, vide Paponem 1. *arrest. 14.* eundem 3. *Notar. c. des amortissemens.*

l. Neque. 10.

Pekius *in tractatu de amortisatione bonorum.*

l. Extraneum. 11.

Cuiacius *libro 3. obs. c. 12.* Hæc autem lex desumpta est ex *l. vlt. C. Theo. de legitim. hæred.*

l. Hæreditatis. 12.

Pro declaratione istius §. vide Vigil. *in §. hæres, num. 5. Instit. de hæred. instit.*

l. Quoties. 13.

Adde Math. *sing. 4.* & si cupis scire, quod quis hæres institutus in re certa, habeatur loco legatarij, vide Not. Bar. & Paul. Castr. *in penult. col.* hic, & ad intellectũ huius legis Soc. Iun. *cons. 1. num. 5. & 10. in 1. parte*, Bart. *con.* 177. Rom. *cons 64. & 81.* Petr. de Anchar. *cons.* 407 Ias. *consil. 65.*

l. Cum in. 14. & vlt.

Nota hic quod error proprij nominis disponentis vitiat actum, Bart. hic, *& l. si quis, D. de legibus*, Fort. Garz. *ad l. Gallus, ad princ. D. de liber. & posthum. num. 91.* & ibi Ruin. *ad §. & quid si tantum, num. 101.* Socin. *ad l. Centurio, num 35. de vulg.* Bart. *ad l. 1. in 3. q. princ. eod. tit. de vulg.* Bart. *cons. 155.* Oldrad. *cons. 21* Bart. *cons. 198.* Pet. de Anch. *cons. 130.* Chassa. *cons 63.* Pet de Ancha. *cons 152.* Rom. *cons. 179.* Fulg. *consilio 58.*

Tit. 25. De institutionibus & substitutionibus, & restitutionibus sub conditione factis.

Vide Cuiac. *obs. 17. c. 22.*

l. Cum auum. 1.

Bart. *cons. 198.* Cuman. *cons. 38.* Fulg. *cons. 61.* Rom. *cons. 486.* Bart. *cons. 13.*

l. Conditioni. 2.

An & quando conditio habeatur pro impleta, vide hic D. Gothof.

l. Si mater. 3.

Dec. *cons 397.* Cum. *consil. 121.*

l. Si pater. 4.

Adde Ioan. Diaz *reg. 727.* Clarum §. *testamentũ q. 9.* Bart. *cons 198.* Bald. *consi. 53. & consi. 12.* Cumanus *cons. 127.* Fulgos. *cons. 21.* Guido. Pap. 3.

l. Reprehendenda. 5.

Rainal. Corsus *lib. 1. indagat. c. 20.*

l. Generaliter. 6.

Herede grauato de restituendo post mortem intelligitur, si fine liberis decesserit, *d. §. cum autem, & l. cum acutissimi. C. de fideicommissoribus*, vide 2 fallentias Soc. *reg. 211. incip. grauatus.* Adde ad *d. §. cum autem*, Iason. *in l. exigendi, de procurat* Et Bartol *in d. l. acutissimi.* vbi fideicõmissarius excluditur per heredem multum dilectũ testatori, si fine liberis decedit, vide Socin. Iun. *cõs. 159. cum seq.* vbi aliqua ad materiam, vide & *cons. 167. & 172. eod. vol. & cons. 77 & cons 1 num. 5.* Adde Bellon *lib. 3. supputat. c. 19.* Fortun. Garzia *ad l. Gallus, §. quidam, numer. 25. D. de lib. & posthum.* Balthas.

quint.*conf.*177.*nu.*142. *inter conf. diuerf. ad cau. vlt. volunt. 1. volum.* *Antonium Fabrum *libro* 17. *Coniectur. cap.* 18.

¶Substitutio facta per fideicommissum generale vel particulare liberis non modo legitimis & naturalibus, sed etiam naturalibus tantum, post mortem eorum intelligitur facta, si ipsi liberi sine legitimis descẽdentibus decesserint, vide Corras. *l.b.1. miscell.* c.7. *nu.*2. Soc. Iun. *conf.* 113. *n.*5. & 24. & *con.*125. *num.*28. *lib.*1. Paris. *ad c. in præsentia, n.*50. *ext. de probat.* & Benedict. de Barziis *in tract. de fil. non legit. nat. in* 9. *dub. princip. numero* 16. Doctores *ad l. ex facto, §. si quis rogatus, el.*1. *D. ad Trebellian.* vbi Rip. *nu.*27. *cum sequent.* & late Hercul. *col.* 13. *vers. in ead. glo.* vbi plures intell. refert ad h. text. in vers. sine iusta sobole

Oldrad. *conf.* 99. Rom. *conf.* 131. & 99. Bald. *conf* 246. Dec. *con.* 384.

¶Add. quod Angel. & Imol *in d. l. substitutione*, tangunt, quæst. pone: Testator legat mulieri, si efficiatur vidua, an si semel est effecta vidua, & iterum nubat, perdat legatum. Vide ibi & aliquid *in l. fin.* 2. *notab. Cod. ue indict.* Vide tot per Ang *conf.* 34. *incip. constantiss.* Oldra. *conf* 243. Pet. de Anch. *conf.* 304. Chass. *conf.* 62. Bald. *conf.* 42. *parte* 5.

l. Si quis. 7.

Si est legatum quid Titio, si ingressus fuerit monasterium, & ingrediatur, & postea exeat, an debeatur legatum, Ang. *in d. l. si quis hæred. tenet*, quod perdat legatum, si sine iusta causa exeat, secus si iusta. Et idẽ tenet, *in cons. suo* 156. *incip.* Corradus. Sed vide Fulgos. *in d. l. si quis.* Et Paulus Castrens. & cum Fulgos. & Castr. videtur per omnia concordare, Ioan. Lap. *in l. substitut. de vulg.* Et Alexander *in d. l. si quis, &c.*

Emanuel Costa *libro* 2. *select.* c. 11.

l. Si testamentum. 8.

Baldus *conf.* 249 *parte* 2. Panorm. *consilio* 80. *pro decisio.*

Cum quidam. 9. & vlt.

Tacita pupillaris non admittitur contra matrem dum viuit, sed si mater ante mortẽ impuberis exit de medio, admittitur substitutus. Pro intellectu, vide post Bart. *ad l.* 1. *D. de vulg.* Rip. ibi *numero* 176. Rui. *col.* 16. *circa fi.* post Alex. ibi latè *numero* 38. *vers. quærit*, Bar. Lancel. Poly. *in tract substit. sub Rubrica de vulg.* 6. *parte, numero* 22. & *sequen.* Dec. *ad l. precibus, numero* 13. *Codice de impub.* Paul. Leo. *in tract. substit. sub Rubrica, de vulg. numero* 85. 117. & 123. & *in compendi. numero* 72. & 425.

* Quomodo procedat hæc lex declarat Ioan. Pet Surdus *in decis.* 54. *num.* 5.

¶Gomesius *tomo variar. resolut.* c. 3. Forcat. *Necyom. dial.* 30. Rom. *conf.* 158. Decius *con.* 384. & 332. & 227. & 314. & 211. & 127. & 394. Ful. *conf.* 90. Bolog *conf* 9. Cum. *con.* 121. Ful. *con* 9.

*Antonius Faber. *libro* 15. *Coniecturarum, capite* 9.

Tit. 26. De impuberum & aliis substitutionibus.

Scripsit in hunc titulum Corrasius, à quo sanè omnis penè substitutionũ, successionis ab intestato, & iuris accrescendi materia certo & claro ordine enarratur.

l. Cum hæredes. 1.

Ripa *conf.* 1. Bartolus *conf.* 54. Romanus *cõs.* 110. Decius *conf.* 412.

l. Hęreditatem. 2.

Forcatulus *Necyom. dial* 26. Fulg *cõs.* 90.

l. Hęres. 3.

Huius legis mens ex sententia optimè explicatur à D. Gothof. hic.

l. Quamuis. 4.

Forcatulus *Necyom dialog.* 31. Oldradus *conf.* 99 Baldus. *conf.* 37. Fulgos. *conf.* 106. Cumanus *conf* 121. Decius *conf.* 248.

*Antonius Faber *lib* 15. *Coniectur.* c. 19.

l. Post aditam. 5.

Grassus *lib. sentent. §. hæreditas, quæst.* 5.

l. Testamento. 6.

Bartolus *conf.* 177. *Matheolus.*

l. Si testamento. 7.

Limita istum textum nisi hæres, qui partem suam adeundo suscepisset, repudiarat per in integrum restitutionem, quia tunc illa portio non accrescit cohęredibus inuitis, sed vadit ad creditores hæreditarios. Casus est singularis, *in l. si minor, D. de acquirenda hæreditate.*

l. Precibus. 8.

Adde ad istam legem *decis.* 5. *R. consilij* 38 *in antiquis.* Latissimè hic per Scribentes, & vide Steph. Forcat. *in necyom. iur. dialog.* 25. *numer.* 1.

Lancel.

Lancel. Polit. *in tract. substit. sub Rub. de vulg. par.6.nu.37.* Soc. Iun. *in repet. ad* l. *Centurio. ff. de vulg. & pup. numero 3. cum seq. & nu.119. & iterum, nu.159. cum seq.* Didac *ad c. Raynutius, §.9. extra de testamentis,* Bart. *cons.48. & 52.* Cuman. *consil.125. & 130.* Rom. *cons.131.* Rom. *cons.139.* *Curt. Antonius Faber *lib.15. coniecturarum* c.10 & 13.

l. Humanitatis. 9.

Forcatulus *Necyom. dial.14. & 15.* Menchacensis *illust. controu. c.106.* Dec. *cons.371.* Fulg. *cons.80.* *Antonius Faber *lib.13. coniecturarum* c.19.

l. Si quis duobus. 11. & vlt.

In Gloss. in fine, quę incip. *in filiu.* De materia illius Gloss. & l. fin. vide Glossam *in* l. *Gallus, §.1. de lib. & posthu.* Et an si quis donat Titio & eius filio, intelligatur prius donare Titio & postea filio, negant quidam. Sed cuilibet intelligitur donare pars dimidia, videlicet, vna patri, & altera filio Iason *in cons.157. col. 2. vo...* Et ibi habes materiã huius legis. Concenatius *lib. 2. q. 10.* Vide Polit. *in tract. subst. in ma. exempl. 8. q. prin. n.20.* Bart. Rip & omnes, *ad* l. *ex facto D. de vulg.* vbi Hier. Veri. *n. 57. & 396.* Soc. Iun. *cons.103. n. 33. & seq. lib.1.* Bald. *in tract. substit. in 10. sub Rubr. de pup. n.25. & 30. & in ma. exemplar. num.18. & 19.* Pro intellectu ad hunc textum, vide Fernan. Vasq. *in tract. de succe. crea. §.10. n.408* Paul. Leon. *in tract. substit. sub Rub. de exempl. n.34. 90 & 108.* Ang. de Perigl. *cons.134. n.3. & 5. inter cons. diue. ad aut. vlt. vol.1.* Bartol. *ad* l. *si pater. D. de vulg.* Tiraq. *ad* l. *si vnquam, C. de reuocan. donat. in praefat. n.18. & 23.* Corraf. *ad* l. *frater à fratre, n.64. D. de condict. indeb.* Bald. *ad* l. *etiam, col. pen. C. de except. rei iud.* Iason *ad* l. *sciendum, in prin. numero 26. cum seq. D. qui satisd. cog.*

¶ Nota tamen hic patrem & filium eandem censeri personam, *vt l.22. infra de agric. & cens.*

Tit.27. De necessariis seruis hæredibus instituendis vel substituendis.

l. is qui soluendo. 1.

Valet libertas data viuo seruo, in fraudem creditorum, creditoribus non obligato specialiter, vt l.83. D. *eod.*

l. Cum serui. 2.

Cur legatum seruo proprio relictum sub appelatione liberti non valeat, D. Goth. hic.

l. Si tutor. 3.

An tutor possit testari de bonis pupilli, Glossa hic.

l. Cum quidam. 4.

Seruus potest ab instituto libertatem consequi.

l. Quidam. 5.

Vide Vlp. 22. §.11. & 7. & 12.

l. Decisione. 6. & vlt.

Bart. *cons.153. quamuis.*

Tit. 28. De liberis præteritis vel exhæredatis.

Nota ad materiam huius tituli, quòd mater præterita dicit testamentũ nullum, § *aliud quoque capit.* In *Auth. vt cùm de appellatione cognoscitur,* successit tamen istud ius dicendi nullũ, loco antiquę querelę inofficiosi testamẽti, quia præteritio matris habetur pro exhæredatione: & ideo si legatũ agnouit, valet testamentũ. Bal. *in cons.129. mater præterita, vol.4.* Vnum tamen notat, quod licet testamenta filij, in quo matrem præterit. Vide Bald. *cons. 186.*

¶ Et ad materiam huius tituli, vide Mant. *cons.69.* vbi filius debet institui, aut exhæredari, alias dicitur præteritus, Mar. Vertran. *de iur. lib. c.27.*

l. Cum post. 1.

Old. ad *cons.16.* Barto. *consilio 54.* Dec. *cons. 79.* Rom. 48. Bald. *cons. 79. parte 1*

l. Si auus. 2.

Nepos præteritus agnoscendo rumpit testamentum aui.

l. Si quis. 3.

Dec. *cons.362.* Chassa. *cons 62.* Fulg. *cons.92.*

l. Maximum vitium. 4. & vlt.

Nota, quòd hodie reperitur correctum iure constitutionũ regni in aliquibus casibus, vbi dicitur, quod stantibus masculis filiæ fœminæ non succedunt. Adde Dec. *in reg. fœminæ, num.96.* & vltra allegata per ipsum, Alex. *cons.75. lib.5. nu.10. & cons.165. nu.8. lib.6. ad §. sancimus, huius* l. vide Io. Igne. *in rep. ad Auth. ex causa, num.79 & seq. C. eod. tit.*

Ex causa exhęredationis vel præteritionis irritum est testamentum, quantum ad institutionẽ, cætera firma manẽt. Vltra scribentes latissimè hic, vide Dec *ad* l. *liberi, nu 13. C. de bon. poss. contra tabul.* Afflict. *decis.125. nu.3.* Aret. *ad §. eadem, Instit. de hæred. quæ ab intest. defer.* Bellon. *lib.4. supput. c.20* Cuman. *ad* l. *filius, qui in potestate, D. de liber. & posthum.* Immol. *ad* l. *filio præterito, D. de iniust. rupt. & irrit. testa nu.44. & seq.* vbi latè de materia Crau. *ad* l. *cum filiofa. 2. par. num. 308. & seq. de leg. 1.*

Anton.Rub.*ad l Titia Seio,§.Imperator,num.61.de leg.2.* Petr.Stell.*ad l.si duobus,§ si petius,* D.*de bon.poss.num.47.* Diaz.*reg.55.* In materia per Iul.Clar. *lib.3.sentent.§.testamentum,q.52.cum seq.*& an habeat locum in posthumis. Ioan.de Adan.*consilio 281.ad fin.nu.18.* Petrus noster Perusin.*cons.30. num 3. inter consil. diuers.ad caus.vlt.volunt.vol.1.* Oldrad.*consilio 207* Dec.*consilio 12.& 223.*

Ad fin.gloss. communiter reprobatur, vt latè per Dec.*consilio 24.*

Auth.Non licet.

Pro ampliatione istius Auth.vide Bar.*in l.1.§.fin.de vulg. & in l filio,D.de iniust.rupt.* & pro intellectu istius Auth. vide Bart.*in consilio 146.& 20.*

Auth. Ex causa.

Non habet locũ in fratre instituente personam turpem.ita Fran.Crem.*in sing.90.* & de materia huius Auth. vide Parid. de Put. *consilio 64.vol.2. & cons.6 eod.vol.6.*

Tit.29.De posthumis heredibus instituendis.

Huc refer partem tituli 2.*lib.28.D.*

Marcus Vertranius *de iure liberorum,c 27.*

l.Si post.1.

Bart.*consil.13.ex facto,* Rom.*consilio 24. post modum.*

l Vxoris.2.

Vide Paris. *consil.56 col. 2. vol.1.* Sed quid si viuo testatore natus est illico mortuus,vide text.*in l.posthumis,D.de iniust.rupt.* Et Lucius *in cõs.623.* vbi de materia huius legis, & vide omnino materiam *in l.si quis,numer 13.D.de reg.iur.*& Dec.l.*posthumo.de bon poss contra tabul.*Chass.*cons 19* Bart. *cons.49.*Bald.*cons.113.* Oldr.*cons.171.*

l.Quod certatum.3.

Vide Decium *cons.623.vol.3.* Prouisio testatoris facta in vno casu, extenditur ad alium ex præsumpta mente defuncti. Adde Ias.*ad l.Titius,§. Lucius,in prin. D.de liber. & posthum* & de intellectu, Fortun.Garz.*ad l.Gallus,num.103.* & ibi Mari.Solom.*num.49. ff.de lib.& posthum.* Corras.*ad l.post adita,nu.31.Cod.de impub.* Dec.*cons.394* Leon.*in tract.substit.de vulg.num.28.* Cuiac.*lib.17.obs.c.27.* Const.Land.*prater,c.6.*Dec.*cons.101.& 623.*

l.Quidam cum.4. & vlt.

Pro solutione huius textus cum l.*commodissimè,* vide Bart.161. *& in l.Gallus 6.opp.sit. in 3.coll. D. de lib.& posthum.& in §.& quidsi tantum,in 2.coll.* vide Parid. *cons.56.volum.2.* Forcat. *in cupid. Iurisp.cap.21.*Gouean.*libro 1. var.lect.c.7.*Cuiac *dicto cap.7.*

Tit.30. De iure deliberandi & de adeunda vel acquirenda hæreditate.

Vide Angel.*cons.30.incip.viso laudato.* Vbi ponit notabilem casum ad limitationem huius tituli, quod hæres, conuenitur pro debito hereditario immediate,secùs si conueniretur mediatè ex causa hæreditaria, quod nota,de quo per Dec.*consilio 300.2.volum.num 8.*

l.Si à patre.1.

Vide l.10.*D.de acquir. hared.*

l.Cum debitum.2.

Nota quod soluendo hereditarium debitum hæres videtur adire hæreditatem,licet pro alio quis soluere possit, *l. soluendo.D.de neg.gest.*Ratio est,quia indubio solutio facta ab hærede,videtur facta ab eo tanquã herede & nomine proprio, l. *& magis ff. de solut.* Dec.*cons.449.cum.10.col 3.* Et de hoc infero, quòd si hæres soluerit multum., plus quàm ipsum tangeret, præsumitur fecisse potiùs animo gerendi officia testatoris, quàm animo adeundæ hæreditatis. Vide omninò Ias. *in l.pro harede.§.Papinianus.ff.de neg.gest.*

¶Et ad materiam huius legis vide Guiliel. Bened.*in repet.c.Raynutius,de testament.folio 388.num.395.cum sequen.*Etsi filius recipit aliquid ex pace facta occasione mortis patris, ex hoc non videtur hæreditatẽ adiisse.Bart. *in l.quasitum est.*Vbi Ang.*de sepulchro viol.Et in l.pro harede,in fin.D.de acquirenda har.*propter quod quis soluit debitum hæreditarium,tenet Corn. *cons.310. col.1.vol.3.* Et est text.*in l.parentibus §.1. de inoffic.testament.*Et Bald. *in l. potuit, eod.* Nisi soluens fuerit in contrarium protestatus, quod non soluerit vt hæres,quia tunc non habetur pro adeunte,vt notat Bald.hîc & Corn.*in d.consilio.* Et adde Soc.*cons.45.vol. 4.* Et Mod.Perus.*in l.is potest.ff.de acquir.hared.num.72.& 84,*Et Mathes.*sing.55.*& quæ ibi scripsi.

¶Et quid si filius facit pacem cum occisoribus patris, & accepta pecunia pro pace facta de morte patris, an per hoc videatur adire. Vide prædict.Mod.*in l.is potest.num.83, ff.de acquir.hared.*

l.Si fratris.3.

Bart *cons.22. Homo.* Decius *cons.331 pro solut.parte 3.*

l.Filiofamiliâs.4.

Pater adire potest hereditatem filiofamilias delata.

l.Potuit.

l. Potuit. 5.

Bartolus *consilio* 23 Bald. *consi.* 263. Socinus *cons.* 153.

l. Si auia. 6.

Nota textum quòd eo ipso, quod aliquis cedit, donat; vel legat de hæreditate ad eum deuoluta, ex hoc solo videtur adire, vt hîc, quod volendo consequens videtur velle, & antecedens necessarium, quod est aditio, l. *ad legatum*, & l. *ad rem mobilem*. D. *de procurat.*

¶ Nota etiam, quòd legitimando vel compromittendo hæres censetur adire. Paulus *consi.* 21. *colum.* 3. *per hanc*, *vol.* 2. Et de materia huius legis vide Bertrandum *in consi.* 189. *per to m*, *v lum.* 5. *in vlt. impress.* Et nota, quod hæres disponendo de re hæreditaria, inducit hæreditatis aditionem ex necessitate, & ideò donando vel cedendo videtur adire. Intellige quando disponit, secus si renunciauit hæreditati, quia non aditio, sed renuntiatio inducit. Et ideò si renuntiatio fieret in manibus vnius cohæredis tantummodo, pactio renunciationis omnibus cohæredibus, pro rata parte accresceret, l. *si actione*, D. *de pactis*. Et ibi Dec. Quod autem dictum est, aditionem per donationem aut cessionem bonorum hæreditariorum induci, est verum, quantum ad effectum. De his omnibus vide Aymon. *consi.* i 252. *vel* 200. Bald. *consilio* 180. *par.* 5. Dec. *cons.* 45. Socin. *cons. vlt.*

l. Quoniam. 7.

Bartol. *consilio* 22. Dec. *consilio* 78. Socin. *consi.* 295.

l. Licet. 8.

Bart. *in hac l. in* 4. *col.* determinat, quòd si filius staret per 30. annos, quòd non adiret, de Iure Ciuili esset exclusus, quod verum est à primo capite, vnde liberi. Tū à secundo capite, vnde cognati, posset iure per alios 30. annos admitti, & sic in successione tempus 30 annorum indultum à lege ciuili, & eiusdem naturæ, prout annus statutus à prætore. Ita Bald. Et refert Iason. *in l.* 1. *colum. in Gloss. fi. supra qui admitti*, &c. Et hîc in fi verb. Ita etiam tenent Paul. de Castr. & Alexand. hîc, & ita omnes. Et sic per lapsum temporis. Secus autem si exprefse, quia tunc excluditur omni capite. Ita Iason. hîc. Et de materia huius legis vide Petr. de Mont. *colum. in gloss.* quas fecit *in repet.* l. 2. *Cod. de pact. inter empt.* & *vend.* Et Iason. *cons.* 19. *vol.* 1. Et Modern. Perus. *in l.* s*i potest. col.* 2. *num.* 10. *de acquir. hæred.* Coras. *lib.* 6. *miscell.* c. 21. Bart. *cons.* 129. Cuman. *consilio* 29.

¶ Et an istud tempus triginta annorū currat in ignorante. Vide d. Modern. *in d. repet. nu.* 166. & ad materiam, vide Ias. *in* §. *quadam in* 50. *coll. instit. de act.* & Castr. *in Gloss. rubr. qui admitt.*, &c. & hoc tempus currit tam iure a-dei n di quòd est extraneorum, quàm iure immiscer di, quod est suorum, vt tenent doctor. hîc licet Ias. contra communem hîc videatur tenere, & vide Decium *in* l. 3. *in prima lectur. numero* 4. *colum.* 6. *cum nec pet. part.* & ibi Alex. *in* 3. *coll.*

¶ Qui diu tacuit, non videtur renuntiasse hæreditati paternæ, vide Gozad. *consilio* 60. *num* 5. *& seqq.* 56. & quanto tempore præscribatur hæreditatis petitio, vel fideicommissum Paris. *consilio* 48 *numero* 11. *libro* 2. Ioan. Dilect. *cant. fin.* & quid sit vtilius intentare rei vindicationem petitione hæreditatis, vel interdictum quorum bonorum, Gozad. *cons.* 12. *numer.* 12. & de legitima quanto tempore præscribatur, vel eius suplementum. Corn. *cons.* 264. Iason. *ad l.* 1. §. *bonorum. nume.* 13. *ad Trebell.* Bald. *cō.* 168 *parte* 5. Cor. *cōs.* 311 *par.* 4.

l. Si curatoris. 9.

Bart. *cons.* 54. *marti.*

l. Si te bonis. 10.

Dec. *cons.* 7. & *pro tenus.*

l. Retinente. 11.

Pater repudiare hæreditatem filio delatam eo inuito non potest.

l. Puberem. 12.

Vltra intellectum Gl. hîc Bart. Bal. & Salic. vide Bart. *ad l. gerit. n.* 13 *de acq. hæred.* & *ad l.* 3. §. *ex plurib. de acq. poss.* Fab. *ad* §. *quos autem, Inst. de bon. pos.* Doct. *ad Rub. C. qui admit.* vbi Barb. *n.* 151. Picus *ad l. vni. quan. non. pet. par. n.* 15. Castr. *ad l. certi. C. de test. mil.* Old. *cons.* 143. *Thom.*

l. Suum hæredem. 13.

Dec. *cons.* 65. *ad exclusionem.*

l. Si sorori. 14.

Nota hîc inspici tempus aditæ hæreditatis & delatæ.

l. Non est dubium. 15.

Vide l. 11. §. *de contrah. emp.*

l. Nec emere. 16.

Benedictus Capra *in reg.* c. 87.

¶ Nemo compellitur vendere rem suam, sed vide fallentias positas per Angel. & Lud. Roman. *in l.* 2. *solut. mat.* & 58. casus positos per Soc. *in reg.* 120. *incip. vendere.* De materia huius legis vide Boer. *q.* 322. *in* 2. *par.* c, & super textum vide quæ dicuntur per Bar. *in* l. 1. §. *cura.* D. *de off. præt. vrb.* & licet contractus sint liberi arbitrij, tamen quis se obligare potest ad contrahendum sub pœna. Decius *in l. pactum, quod dotali in fin.* §. *de pactis.*

l. Cretionum. 17.

Quolibet die potest hereditas adiri. Pro intel. latè Alc. *libro 3. dispunct. c. 7. & ad l. quidam ignauia. C. de decurion. libro 10. in fin.* Forcat. *in necyom. iur. dial. 87. numero 1.* Gouean. *libro 2. variar. lect. c. 3.* Cuiac. *ad Tit. de excusat. pag. 7.* Couar. *libro 4. variar. resol. parte 10.* Duar. *libro 2. disput. c. 10.*

l. Si infantis. 18.

De materia huius legis vide omnino Modern. Perus. *in repetit. l. 15. potest. coll. 2. numero 22. & 12. de acquir. hære. & numero 45.* & quis dicatur proximus pubertati. Dicas vt per Gloss. *in l. 1 D. sol matr.* Castr. *cons. 385. col. 2.* & an hodie hæc lex sit correcta. Vide Decis. Delph. 300. In materia istius legis vide per Dec. *consi. 87.* per Tiraq. *in tract. le mort saisit, parte 2. declar. 36. numero 3* Socin. Iun. *cons 119. numero 19. libro 1.* Bartol. *consi. 49. & 232.* Dec. *consi. 250. & 567. & 87.* Bald. *consilio 101.* Oldrad. *consi. 33. & 171.* Bar *cons 22* Rom. *con. 512.*

l. Cum in antiquioribus. 19.

In Glossa, in verbo *beneficio, &c.* circa hanc materiam, vide Decision. *parlamenti 332.* Nota pro intellectu eius, quod his demum trãsmittit ius deliberandi, qui sciunt hereditatem sibi esse delatam, vnde ignorans furiosus & infans non transmittunt ius deliberandi ex quo scientiam non habent. Moder. Perus. *in repet. 15. potest. numero 269. de acquir. hered.* Pro intellectu huius vide Ias. *in l. emancipatu. in 3. col l. qui admitti.* Valla *de reb. dub. tract. 6.* Menoch. *libro 2. de arbi. iud. cas. 1. numero 4.* Pro declaratione huius legis vide Paul. de Cast. *ad l. venter. col. 2. & fi. de acqui. her.* vbi Ias. post Bar. in materia Tiraq. *in tract. le mort saisit, parte 2. num. 21 declar. 5.* Ange. de Gambel. *in repet. ad l. ventre. numero 55.* Ioan. Dilect *tit. 5. caut. 1. de substit. repet. ad l. si filius qui patri. D. de vulga.* præsertim ibi Arsendi *numero 12.* Bartol. *ad l. qui duos. de reb. dub.* vbi Socin *numero 15.*

l. Scimus iam duas. 22. & vlt.

Ad materiam huius legis, vide Delphin. *decis. 371. alias 577.* quæ sit forma inuentarij, & multa ad istam materiam facientia hic dicta quod si heres infra tempora legitima nõ fecerit inuentarium iuxta hanc legẽ fit priuatio & executio ipso iure, à lege & moram purgare non potest. Idem in matre, quæ filio non petit dari tutorem, iuxta l. 2. de quibus plenè per Iason. *in l. si insulam. nume. 92.* An fiscus vel ecclesia si heredes instituantur, teneantur conficere inuentarium, & an teneantur vltra vires hereditarias. Vide Guid. Papæ. *q. 333. in §. si verò, in ver. creditoris.*

§ De materia istius §. & an & quando creditor, qui hypothecam habet possit contra alios creditores posteriores agere, si eis sit satisfactum. vide per Abb. de Ros. *in l. pupillus. D. quando in fraud. cred.* & per eundem *in l. qui autem. §. apud Labeonem. eod. tit. §. computatione.* Nota quod ex hereditate deduci debent, & vltra ea debent deduci expensæ factæ pro vendẽdis rebus hereditariis, & satis facienda creditoribus, vt per Bartol. hic, *in 3. nota.* & Castr *cons. 185 incip. dubium fuit, 2. volum.* Guterius *2. parte resol. c. 2. à numero 18.* Menoch. *d. lib. 2 c. 50.* Beroius *q. 64.* Clarus *d. §. testam. q. 66.* Beroius *q. 62. & 63.*

§ Heres inuentarium solenniter non faciens vltra vires hereditatis tenetur, & Falcidiam non detrahit, vt hic, *& in Auth. de hered. & Falc. §. sin verò non fecerit.* Adde Socin. *in reg. 170. heres*, vbi ad hanc regulam ponit fallentias. Adde Guid. Papæ *decis. 571. aliqui* Bero. *q. 62. num. 2.* Quid in Trebellianica an heres omissa confectione inuentarij eam amittat, latè Roland. à Valle *consilio 27. per totum, prima parte.*

§. Licentia.

Vers. *illo* videlicet qua pœna teneatur heres, qui non intimauit omnia bona hereditatis. Adde ad §. sancimus iũcta Glossa, in ver. *nam forte*, vbi dicitur, quod qui rem hereditariã surripuit, priuatur beneficio inuẽtarij: si heres confecit inuẽtarium vltra vires hereditatis tenebitur & patietur alias pœnas, de quibus *in Auth. de hered. & Falcid. in §. quanõ.* & vide duas fallentias Socin *in regul. 214. incip. hac inuentarium.* donec heres conficiat inuentarium, non potest conueniri vt in hoc §. fallit tamen in nonnullis casibus, vt per Doctores hic, & de materia istius §. vide Capel. Tholos. *decis. 257.* Ad §. si verò postquam, pro limitatione istius §. vide per Moderu. *in rubrica, de acquir. hered. ad §. & si præfatum* Nota quo modo debeat satisfieri, & quis debeat preferri, Vide omnino Castr. *in l. si quis. §. apud. de leg.* & Alexand *in locum post.* Ang. *ibi. D. ad l. Falc.* Adde ad istum textũ quod si heres satisfecerit legatariis primi, & post modum superueniant creditores, posset agere conditione indebiti, vt primo satisfaciat creditoribus, vt etiam textus *in l. 2.* & ibi Iason *de cond. indeb.* Post Castr. ibi, qui dicit, quod si esset satisfactum primo vni & postea veniunt alij qui nihil haberent, potest agere contra eum, cui est satisfactum, vt contribuat. vide Phanatium. *in tract. de lucro dotis.*

Titul. 31. De repudianda vel abstinenda hereditate.

In rubr. Possidens tantũ res hereditarias, præsu-

præsumitur adiisse, Iaso. *in consilio 3. colum. 3. in fin. volum. 1.*

l. Si paterna. 1.

Zoannetus *rer. quotidian. c. 43.*

l. Si paterna. 2.

Adde tam isti l quàm primæ. Bart. *in l. quæ sit, in 6. colum. in verbo, quædã sunt. D. de acquir. here.* & quomodo probetur fraus declarat hic textus, & plenius hic Bald. & idẽ Bald. *in cons. 134. incip. proponitur,* quod ex causa, *volum. 3. in antiquis.*

l. Suus heres. 3.

Zabar. *cons. 125. respondeo ad 1. & 92. nobiles viri, numero 12.*

l. Sicut maior. 4.

Bald. *cons. 403. parte 3* Fulg. *cons. 42*

l. Si quis. 6. & vlt.

Valla *dicto tractatu 6.* Baldus *consilio 239. par 3 & 403.*

Tit. 32. Quemadmodum testamẽta aperiãtur, inspiciantur & describantur.

l. Vt testamentum. 1.

Testamẽtum petitur aperiri per officium iudicis.

l. Testamenti. 2.

Panormitanus *consilio 52. q.* Oldrad. *consilio 248. præsupposita.*

l. Eius quod. 3.

Bald. *consilio 134 parte 1.*

Tit. 33. De edicto diui Adriani tollendo, & quemadmodum scriptus hæres in possessionem mittatur.

In rubrica, An possessio detur ex hoc edicto producenti exemplum, vide Bart. *in l. 1. §. si quis in dub. D. de bonorum possess. secũdum tab.* & Ias. & Paul. Castren. hic.

¶ Et dispositionem huius edicti habet etiã possessor, non vt sibi tradatur possessio, sed vt sibi cõfirmetur talis possessio. Et vide Delphin. *decis. 219. vel 229.*

l. Cum inter. 1.

Bartolus *consil. 26. testator.* Roman. *cons. 134. pro declara.*

l. Quamuis. 2.

Dec. *cons. 84 excellentissimi.*

l Edicto. 3.

Quando hæc lex locum habeat in feudis, vide per Afflict. *decis. 199.* Et vide Gozad. *cõs. 6. & 7.* Remedium istius legis edicto potest intentari, ne dum per heredes & substitutos, verùm & per executores testamenti. Nam in executione testamenti tale remedium competit de iure contra quoscũque possessores, vt voluit Barto. & communiter Scribentes, *in d. l. edict.* Et Alex. *cons. 4. colũna 8 volum. 2.*

¶ Testamentum nõ abolitum producens, habet in dubio intentionem fundatam. Dec. *con. 11. vol. 81 col. 5.* & est admittẽdus in possessiones bonorum, quæ mortis tempore per defunctum possidebantur. *d. l. edicto,* per quẽ textum ita consuluit Bald. *in cons 135. incip. n[illegible].* P. de Ancho. *consi. 146. incip. in præd. quæst.* Alexander *cons. 101. incip. viso. &c. col. fi. vol. 7.*

¶ An remedium dictæ legis habeat locum in feudis, vide Soc. *cons. 719.*

¶ In Gloss. *in verb. legitimo. vers. item. quæro.* Adde. quod præscriptio feudalium fauorabilis est, eo quod deseruit tam Vasallo, quàm domino, etsi sit longissimi temporis. Bald *in c. 1. §. si quis de &c. si de feud. controuers. fuerit inter do.* Istã Gloss. allegat Alex. *in l. quondam. in 2. col. C. qui admitti.*

¶ Pro intellectu istius legis, vide Ang. *in §. quadru, in 12. col. Inst. de actio.* vbi inducit Glos. illam solẽnem canonizatam, *in c. 1. de confes. in 6 in Gloss. magn.* in fine quæ Glossa singularis vult, vt remedia istius legis nunquam cõpetant heredi vel fideicommissario qui semel possessionem acquisiuerunt, quod nota in prædicto actu. Vide Iasõ. *hic in fin. 3. col.* Et vide Delphin. *decis 132.* Et nota, quòd eiusmodi testamentũ, nec obliteratum, nec cancellatum habet executionem paratam, productum ab herede parẽte se mitti in possessionem. Ita tenet Alex. *in l. si cùm dotem. §. eo autem tempore, in 2. col. D. solut. matri.* Et ibi Bart. *in l. illa q.* An in remedio istius l. *vt prætor. §. si iudex. in 2. col. de re iud.*

¶ *In eadem* l. *in Gloss. in verb. legitimo.* Tunc remedium istius legis non datur contra titulo possidentes, quando titulus esset quæsitus ante mortem testatoris, sed si titulus esset constitutus post mortem testatoris. Vide Afflict. *decis. 119.*

¶ *In eadem* l. *in Gloss. in verb. missus.* Si duo testamẽta vnius testatoris reperiantur facta vno codẽmque die, vel sine die, *vt in gloss. leg. eius, si qui duobus, D. de acquiren. hared.* quod ipsorũ præsumatur anterius Vide Dec. hic *n. 42. cum se.* Et illud præsumitur posterius

in quo statuitur, qui possideret. Sed si nemo possideret tunc vtrunque testamentum vitiatur *per l.duo sunt.D.de testamen.*tamen hoc fallit,si in alterutro ipsorum esset instituta pia persona,vt ecclesiastica , vel alia similis persona,vt dicit idem Decius *num* 84 & vide in hac materia Guilh. Benedi.*rep.c. Raynutius, ver.si testam.numer.*31.*de testamentis.* In materia ad hunc textum post latè tradita hic per scribentes Alc. *lib.*3.*dispun.c.*6. Ant.Augus. *lib.*1 *emendat.c.*4. & ad declarationem huius l.Cagnol.*in reg.in pari.nume.*3. *D.de regul.iur.* Steph.Forcat. *Necyoman. iuris dial.*22. *in prin.* Bald.*cons* 14.*li.*3. Ioan.de Neuiza.*cons* 56. An & quando locum habeat, Corn.*cons.*172.*n.*10. *cum seq lib.*2.an habeat locum ab intestato, Io.Ceph.*cons.*4,*nu.*2.*&* 16 Pro intellectu Gozad.*cons.*7. *nu.*5 *cons.*21. *num.*10.*cons.*50. *nu.*6. *&* 25.*cons* 93. *nu* 7.In materia Bellon. *consilio* 19.*num.* 3.*&* 15.*& cons.*35 *in princ. & cons.*42. *nu.*5,*in not.casu.* Curt.Iun.*cons.*31.*in fin.*Natta. *cons* 352.*volum.*2.

¶An fideicommissarius qui accepit possessionem bonorũ subiectorum fideicommisso propria authoritate sit legitimus contradictor,vt heres non mittatur in possessionem iuxta hunc textum vide Port. *lib.*4 *cõclus.*30.

¶Ad Gloss.in verbo (*depositionibus sigillorũ*) *circa medium & in fin.*vide Bald.*lib.*2.*cons.*52. *post medium.& cons.*14 *in fin.*

Titul.34.Si quis aliquem testari prohibuerit vel coegerit.

¶In rubrica qualiter puniatur impediens testatorẽ,ne condat testamentum Corn.*cõs.* 56.*per tot.& cons* 84.*vol.*1.& Iacob *in l.quartis, n.*5.*de testibus*, vide Cott.*in memoral.in verb. testatorem inducere licet*, vbi ponit regulam quod licet blãdis verbis inducere testatorẽ, vt te instituat & ibi limitationem ponit & Anton.Butr.*cons.*78. Iason.*cons* 31.*vol.* 1.*nu* 5.

Vbi quis dicatur prohibuisse quem testari, & quomodo probetur , vide Corn.*consil.*958. *col.*1.Ægidius Bossius *Titulo de his qui prohibẽt aliquem testari.*

l.Ciuili.1.

¶Pet.de Anch.*cons.*62.Bald.*cons.*26. Corn. *cons.*110.

l.Eos.2.

¶Paulus 5.*sent.Tit.*12.*§.*2.

l.Iudicium.3.& vlt.

Quamuis per hanc legem liceat inducere blãdis verbis testatorem,ad aliquid sibi relinquendum vt dicitur *l.fin.eod.*D.tamen hoc non licet in tutore inducente testatorem ad relinquendum sibi,quod pupillo reliquerat. *Gloss in l.quicquid supra* 66.*tut. & Gloss in l.pupillorũ.*5.*de administ.tut.* & pro intellectu huius textus vide Dec.5 Rom.*cons.*69.& quantum dicit,quod valet institutio facta blandis verbis fallit tamen vno casu, vt per Aymon. *in suo sexto dialogo in caut.*36.*incip. blandis verbis,&c.*Bald.*cons.*26.*part.*3.*&* 350.*parte* 3.

Tit.35.De his quibus vt indignis hæreditates auferuntur,& ad Senatusconsultum Syllanianum.

Ad materiam istius tituli vide Decium,*l.si seruus.§.si quis. D.de leg.*vbi multa singularia ad declarationem huius tituli,& Cott.*in suis mem.in verb.filius patrem,&c.*

l.Heredes.1.

Vbi Gloss in verb *multam.* Nota istã Glo. veritate,vide per Alex.*in l.ita stipulatus.*3.*col. de verb.oblig.*quod verbum vindicare & vlcisci potest intelligi de iure. vide Dec.*cõs.*18. *col.*2 Bart.*cons.*81.

*Pap.1.*notar.Tit.des prests vsura res.*

l.Polla.2.

Vers.*vel tertiò potest.* Per hanc gloss. Castr. dicit vnam singularem cautelam tutori ad hoc,vt quando vult aliquid facere,& est dubium,an noceat pupillo,adhibeat consilium matris & agnatorum pupilli, & hoc modo excusabitur à dolo & culpa,de qua cautela, vide Ioan.de Amon *in caut.*60.*chart.*55.Vide & Alexan *in l.*2.*in* 3. *volum. D.qui quisque iuris,&c.*

l.Si ea.3.

Paulus 3.*sentent.*5.*Tit.*5.

l.Hereditas.4.

Heredum incapacitate data sine eorum culpa hereditas, licet non valet ad substituendum,tamen non deuoluitur ad fiscum, sed ad venientes ab intestato, secundum veram & communem opinionem istius legis vt hîc per Bald. qui dicit, quod tunc hæreditas habetur pro nõ scripta. Bartol.*in l.fina.infrà eodem.Et in l.si is,cui. D.de vulgar. & pupillar.* Et ibi Alexand.dicens istam esse magis communem,pro qua constituit Dec.*in consil.*311. *incip.in casu proprio.* Bartol.*consil.*26. Oldrad. *consil.*144.Bartol.*consil.*119. Roman.*consi.*494. Bolognin.*consi.*40.Fulg.*cons.*23.

l.Non.

l.Non oportet.5.

Hodie negligenti eripitur hæreditas.

l.Minoribus.6.

Fulg.*consl.52.quidam.*

l.Si ideo.7.

Rom.*cons.*410.Bart.*cons.*102.

l.Alia causa.8.

Rom.*consil.347.quoad.*

l.Cum fratrem.9.

Paulus 3.*sent.2.§5.*

l.Sororem.10.

Bald.*cons.446.dix ,parte 2.*

l.Cum syllanianum.11.

Vide *l.139.ff. de verb.signific.*

l.Talis de antiquo.12. & vlt.

Bartolus *consi.*121.2.*chartis.*

Tit.36.De codicillis.

l.Rupto.1.

Rupto testamento regulariter,rumpuntur & codicilli,*d.l.rupto.*Sed vide 3.fal.Soc.*in reg.*84.*incip codicilli.*Oldr.*cons.*121. Dec.*cons.*361.

l Hæreditatem.2.

Non potest hæreditas adimi vel dari directo in testamento,sed solùm per fideicõmissum,*d.l.hæreditati.&l.hæreditas.C.de his,qui. vt indig.* Sed vide 4.fallentias Soc.*in reg.*213. *incip.hæreditas per fid.*

¶Ad *d.l.hæreditatem*,vide singulare dictum Bar.in quo directo facta substitutio codicillis reuocatur.*in §.si quis autem.in fin. Authen. hoc inter liberos.C.de testament.*& verioré esse sententiã Bart.tenet Alex.*cons*164.Et Boer. *decis.*241.Licet Parisius *in consi.*35.teneat cõtrarium contra Bart. opinionem magis esse communem. Et secundum dictum Bart. retulit D.Marcus Anthonius Cradinus,se duas sententias obtinuisse,quod nota.Dec.*consil.*361.Corn.*cons.*202.

l.Cum proponatis.3.

Forcat.*in Necyoman.iur.dial.14.numero 6.*limita vt per Paris. *ad c.quoniam contra, num. 24.extra de probat.*Quomodo procedat,Soc. Iun.*consil.159 num.20.libro 2.*

l.Non idcirco.4.

Absentia hæredis non impedit codicillos fieri.

* Explicatur hæc lex ab Antonio Fabro. *lib.15.coniectur.c.13.*

l.Nec codicillos.5.

Vbi Gloss.in verb.*fidem.*Quòd præsumptio transfert in alium onus probãdi.Adde gloss. *in l.actor.ff.de probat.*Dec.*cons.*448.*vis tota.*

l.Siue initio.6.

Codicillus potest esse appendix nuncupatiui testamenti.

l.si idem.7.

Oldradus *consilio* 121.Fulgosius *cons*30. Zabar.*consil.*58.

l.si quis agere.8.& vlt.

Si testamentum non valet, non valebit iure codicillorum,si testator hoc non expresserit,ita vt venientes ab intestato inueniantur grauati,*d.l.si quis.*Et hîc D.Benedict.de Barf. ponit sex fallentias quas refert Soc.*reg.*491. *incip.testamentum.* Quãdo aliquis potest agere ex testamẽto,& ex codicillis,vna via electa tollitur alia.Adde & limita vt per Afflict. *dec.134.quadam mulier.*Fab.Acorambo *ad l. naturaliter.§.nihil commune.D.de acq.poss. nu.*104.&ibi Ant.Rub.*num.*266 Zucc.*ad l.fin.*C. *de edict. diu.Adr.tollen nũm.*199.

¶Gloss.*in verb.potestatem.*Quid eligit viam testamenti, nõ potest redire ad Codicillos. Adde quod istud est verum agẽdo,secus excipiendo,vide Decis.Socin.*cons.*334 Gloss.*in verb.agnationi.* adde similem Gloss.*in l.1.in Gloss.fin.D.de testamen.in eadem l.si quis agere notarium.* & illa l quod quilibet præsumitur bonus & sanæ mentis, nisi contrariũ probetur, & pro intellectu istius l. vide Afflict. *Decis.*134.quæ aurea est,&dicit hãc l.habere locum in actore, & non in rẽo, ¶.*fin* ex hoc probatur,quod in donatione causa mortis 5. testes sufficiunt.Sed hoc quando contractus sapit naturam vltimarũ voluntatũ. Nam aliàs duo satis sunt,vt per Castr.*in l.auunculo. D.de donat.causa mor.is.*Dec.*cons*142 Bal.*con.*92.Bart.*cons.*20.Rom.*cons.*433 Oldr. *cons*18. Bald.*cons*8.Ias.*cons.*124.Rom.*cons*179. Bald. *cons.*28.Fulg.*cons.*30.Rom.*cons.*125.Cum.*cons.*62.*&* 93.Bald.*cons.*387.*&* 143.*&* 504.

Tit.37.De legatis.

¶Paul.3.*sent* §.9.

¶Bart.*cons.*211.Dec.*cons.*537.*&* 485. *&* 620 Pet.de Anch:*cons.*188.*&* 185.*&*237.

l.Quamuis.1.

Vide Aug.*cons.*501.*&*Dec.*cons.*60.*cum seq. vol.*4. & vide omninò *in rep.§. Titia col.*114. Paul.de mente *&c.*&pulchrè Lancel. Dec.*in l.Mauia.§.vxorem.D.de anuis leg per Bert cõs.* 177.*nu.*3.*&* Ias.*in l.illa num.*15.*de verb.obli.*vbi de muliere petente alimenta extra domũ mariti , quia dicit se non posse morari cum hærede,incumbit onus probandi istam negatiuam Emanuel Costa *lib.2.select.cap.*19.Bald *cons.*484.*casus quidam,part.*4.Corn.*cõs.*156.*li vlt.,parte* 4.

l. Quamuis. 2.

¶ Venditio hæreditatis facta ab hærede, non priuat legatarios iure suo.

l. Qui post. 3.

Nota quod licet non reuocetur legata per testatorem si res legatas obliget, vt hic, tamé hoc intellige, nisi esset obligata pro tãto precio quod nõ esset vero simile, quod eam esset redépturus. Ita tenet Bar. *in l. rem legatã, ff de adim. leg.* Canonistæ *in c. pœnalẽ, in punct. num. 42. de præbend.* Nam tunc censetur alienatio. Adde quod donatio causa mortis possit ad lib. 14 reuoc. si tamẽ donator instituit hęredem in omnibus bonis, non censetur reuocata donatio causa mortis ex tali institutione. Aret. *in cons. 74. pen. col. 4. in 4. duo.* Aymon. *consi. 159. nu. 1. vol. 3. in vlt. impress.* Paris. *consilio 90. vol. 3. num. 25.* Guid Pap. *cons. 60. nu 20. col. 2. vol. 1.* Rom. *consilio 229. pro declara.*

l. Seruis. 4.

Limita nisi in causa alimentorum *l. seruos. ff. de alim. & vbi leg.*

l. Non est dubium. 5.

De materia istius l. vide Cyrrad. *cons. 91* vbi ad regulam ponit limitationem. Primo vt non habeat locum, quando legatario est data licentia expressè vel tacitè, puta si est relictus tutor, secundo si est dictum, libere capiat, vel si est dictum, quòd bona ad tales perueniant. Vide Bertr. *cons. 144. vol. 3. n. 12.* Et vide regulã & limitationes ad hãc l. per Berb. *in c. Raynutius, col. 123. in prin. de test. in l. cũ alienã, eo.* Aurp. *lib. 4. epist.* c. 8. Al. *cons. 134 & 207.*

¶ Nota, quòd legatum rei alienæ valet, licet ignoranter fiat, & tenetur hęres eam redimere, si potest, & eam legatario tradere. Si autem non potest, quia non vult dominus eã vendere saltem competenti precio tenetur ad æstimationem, & à principio præcipuè peti potest ipsa res, vt innuit iste textus. Et Bar. *hic not. in prin.* Abb. *in cons. 45. in prin. 2. vol.* Et Cot. *in suis Memor. in verb. rei alienæ.* Et ibi notatum. Et an qui habet fundum communem cum alio, & legat totum fundum nominando & confirmando in totum, intelligatur totum simul fundum legare. Vide Bald. & ibi pulchrè Iason. *in l. quecunque supra qui test. facere possunt.* Clarus § *testamentum. q. 68.*

Nota ad intellectum huius tituli, in Codice duos esse titulos, vnus res inter alios acta, alter quibus res iudicata, &c. & inter istos titulos est differentia. Hic titulus loquitur de sententia, alter de omnibus. l.4. nota hîc regulam res inter alios acta aliis neque prodest, neque nocet, quæ fallit multis casibus quos notabiliter ponit Gloss *in l.2. D. eod* & vide Bald. *in l. ingenuum, D. de statu hom.* vbi vult quòd si sunt duo vel plures fratres nati, ex eodem patre, si vnus eorum sit ciuis, omnes intelliguntur esse ciues talis ciuitatis: Ang. *in* §. *hæc auten, in Auth. n. vt liceat matri,* Bald. *cons.* 78 Iunge præterea hîc l.63. *D. de re iudicata.*

l.Res inter.2.

Vide Glossam *in c. quamuis* 35. *extra de sent. & re iudicata.*

l.iuris.3.

Accusationes sumuntur aliquando pro causis criminalibus.

l.Nec in.4.& vlt.

Nota hîc exemplis non esse iudicandum, sed legibus.

Tit. 57. Comminationes, epistolas, programmata, subscriptiones authoritatem rei iudicatæ non habere.

l.Nec vim.1.

Oldr. *cons. cum causas.* Comminatio iudicis vim stipulationis non habet.

l.Res iudicatæ.2.

Sententia ferri non potest per epistolam etiam in fauorem Reipub.

l.Ea quæ.3.

An sententia reuocetur iudicis subscriptione, vide hîc D. Goth.

l.Inter-

l.interlocutio.4.

Verba comminatoria vim rei iudicatæ nõ habent.

l. iudex qui.5.

Facit hîc *l.3.§.eodem.*

l.Programma.6.

Vide l 1. *& 4.supra eodem tit.*

l.Quod magno.7.& vlt.

Vox iudicis vim sententiæ non habet.

Tit.58.Si ex falsis instrumentis vel testimoniis iudicatum sit.

Paulus 5.*sent.Tit.5.* §.*vlt.* Oldend. *cap 23.de sentent.& libro 2.cap.63.de exception.*

l.si tabulas.1.

Ias.*consilio 78.reue.parte 1* Aliud est ex falsis instrumentis cognoscere, aliud ex falsis instrumentis iudicare.

l.Et qui.2.

Sententia ex falsis instrumentis lata, est ipso iure nulla.

l.Falsam.3.

Vide *l.33.D.de re iudicata.*

l.iudicati.4.

Nota hîc suspendi executionem rei iudicatæ falsis instrumentis.

Tit.59.De confessis.

l.Confessos.1.& vnica.

Nota confessionem factam coram iudice non in loco tribunali, & sic in loco iudicis nõn facere fidem, nec etiam valere. Sed vide 4 fallentias Soc.*in regu .92.* productio instrumentorum per aliquem, aduersarius cogitur & stare regulariter in totum, nec potest pro parte ei stare, vt per Cyn.*in l.confessos,& in l.2.C.de donat.ante nup.* Sed vide duas fallentias Soc.*in reg 233.* Confessus se occidisse hominem, ad sui defensionem, potest condemnari de homicidio ex tali confessione, nisi probet quod ad sui defensionem fecerit. Vltra Bald.*in ista l.confessos.in 3 colum. & idem in l.codicillum supra de codicillo.* & ibidem Innoc. *in l.de causa,in verbo,obligat.* adde quod voluit Bartol.*consilio 201.*& Ludouic.*sing.28.*& Hyppolit.*sing.185.* plenius per Lanfranc. *in c.quoniam contra, in verbo confessione, in apostillis, in verbo defensionem,extra de probat.*

¶ Acta in vno iudicio facta non probant in alio quando sunt inter diuersas personas. toto titulo *res inter alios actas, c.dilecti,extra de prabend.* Sed vide quatuor fallentias Soci. *in regu.10.* Testes recepti inter alias personas quando sunt mortui, ita quod examinari nõ possint, faciunt semiplenam probationem quoad alias personas tertias. Barto.*in l.admonendi,colum.8.vers.quaro.D.de iureiuran.* & est noua limitatio ad istum textum *res inter alios actas.* Idem ponit Angel. *in l.2.supra de eden.* Alexand.*in reper.l.si per,colum 37.D.de re iud.* Molinæus *de vsur.numero 208.* Pet. Anchar. *1.quæst 40.*

¶ Petrus de Anchar. *consilio 250.in q.* Zabar. *consi.37. consilium redditum.* Rom.*consilio 590. placet.& 5 9 paucis.* Fulgos.*consi.7.iam pluribus.* Rom.*consi.113.*

¶ Res inter alios acta, aliis non nocet vide quæ ponunt scribentes *ad l.si.C.de edend.* vbi per Dec.*numero 62.* Adde & limita hanc regulam vt latè per Felin.*in c. causam quæ,extra,de testib.* Soc.*re.*..*& 6.*Felin.*ad c.1.num..8. vt lite non contest.* Bald.*cons.432.libro 5.* Mynsin.1 *obs.c 31.*

Tit. 60. Res inter alios acta vel iudicata aliis non nocere.

In hunc Titulum scripsit Andreas Tiraquellus, vide Socin *in reg.6.*

l.Inter alios acta.

Ias.*consilio 106.spectabilis,parte prima.* Alex.*consilio 208.viso,parte secunda.* Dec.*consil.600. in causa.* Oldrad.*consi.64.quodam.* Rom *consil. 311.in casu.* Dec.*consilio 496. in causa.* Quod & quibus casibus locum habeat hæc regula quod res inter alios acta aliis nõ noceat, vide Glossam *in c.quamuis, 35.extra de sentent. & re iud.*

l. inter alios, 2.

Dec *cons.251.visa.* Vnius transactio alteri non nocet, l.16. *supra de transact. & l.3. D. eod.*

l. si cum patre.3.& vlt.

Fratres fratri non præiudicant paciscendo sine mandato.

Tit.61.de relationibus.

Symma. 1.*epistolarum,* vide Nou. 15.c.1.& Nou.125.

l.si quis. 1.

Facit. Gloss. *in c.cum olim 2. extra de officio de leg.*

l. Super.2.

Relatio in causa criminali permissa est l. 3. *Cod. Theod. h. t.*

l. Si quandoque.3.

Quo sermone fieri debeat relatio, declarat hic D. Goth.

Tit. 62. De appellationibus, & consultationibus.

Ad materiam tituli, vide omninò Rip. *in c. 1. de præscript.* & tempus appellandi & reclamandi non currit ignorãti, & in dubio præsumitur ignorantia, & in dubio præsumitur reclamasse & appellasse tẽpore licito. Paul. *cons* 265. *volum.* 1. *in singul.* ponit hæc omnia, & de materia istius tituli, vide omninò decis. Parlam. 436. vbi multa.

l. Prius de.1.

Ex ista lege prima practica desumi solet, quod quando quæstio est de territorio proceditur ciuiliter & non criminaliter. Sed limita istum textum non procedere quando esset prius actum de violentia, quia de illa prius cognoscitur, textus est *in l. cer. um, si de vi, D. ad* l. *Falcid. de vi pub.* & ad istum textum, vide omninò Bald. *in c. dilectus de appellat.* Panormitanus *consilio* 29. In hanc legem vide Cuiacium *lib.* 5. *obseruation.* c. 15. Seru. 10. *Æneid.*

l. Nouum.2.

Appellatio vim suam etiam exerit aduersus sententiam rescripto principis accommodatam.

l. Appellatione.3.

Appellatio an sententiam extinguat inuito etiam iudice qui eam pronuntiauit vide D. Goth.

l. Si ad scribatum.4.

Pro intellectu huius legis, vide Cuiacium *lib.* 9. *obs.* c. 35. *in fine.*

l. Præses.5.

Quis excusetur à pœna desertæ appellationis, vide D. Goth. hic.

l. Eos qui.6.

Gloss. *in verb. iniustam.* Nota quod contra tres sẽtẽtias conformes, non potest de nullitate opponi, *vt in Clem.* 1. & quod ibi notatur *de re iudicata*, nisi quando nullitas procederet ex defectu iurisdictionis, *vt in Glossa* 1. *de Sequestr. poss. & fructu*, quę reputatur singularis, vt etiam refert & tenet Ang. Aret. *in* §. *prænaleat, in* 7. *col. Institut. de action.* Bald. *cons.* 252. *parte* 1.

¶ In §. *si quis autem.* Limita, vt per Felinum *in c. cùm Iohannes*, 7. *colum. extra de fid. instru.* Et adde, quod in causa appellationis non poterunt repelli testes repulsati in causa principali, vide decis. 803. *consilio* 266.

¶ In §. *super eo.* Si quis incarceratus appellauerit, potest detineri non obstante appellatione. Ita in decis. Delphin. 135. & de appellatione ab incarcerato, vide aliam decis. 236. & 237. adde Optatum *lib. de schismat. Donatist.* Bellou. 2. *pract.* 3 quæ autem sit pœna appellationis iniustæ, vide hic D. Goth.

Auth. Hodiè.

Appellari licet intra decem dies, idem Gl. *in c. concertationi, de appell. in* 6. Soci. *regul.* 397. Ang. *ad l. à sententia*, § *fi. D. de appell.* Cep *cau.* 59 79. & 193. Marant. *in tract. de ordin. iud. in* 6. *parte princ.* 2. *act. numero* 202. *versic.* 3. *principaliter*, & ibi latè in materia appellationis *per totum*, Rot. *decis.* 49 *in nouiss.* & 500. *in antiquis*, Afflict. *decis.* 344. Guid. Pap. *q* 236. & 436. Fel. *ad c. accedens, el.* 2. *num.* 19. *extrà vt lite non contest.* Cra. *consilio* 278. Tiraquell. *de retract.* §. 1. *Gloss.* 16. *numer.* 8. & §. 35. *Gloss.* 4. *num.* 9. Grat. *cons.* 100. *lib.* 1. per Fel. *in c. quod ad consulat. numero* 32. *cum seq. extr. de re iud.* & quæ scientia requiratur. Idem Tiraquell. *de vtroque retract. parte* 1. §. 36. *Gloss* 2. *numero* 30. *cum seq.*

¶ Ad istam Auth. quæ vult vt dentur decem dies ad appellandum. Quæro si aliquis est citatus ad audiendam sententiam, & non cõparauit illo die, quo fuit lata, an debeat ei sententia intimari ad hoc, vt currat sibi tempus ad appellandum? vide Angel. *in l. à sententia*, § *si quis. ff eod.* vbi determinat, quod debeat intimari.

¶ Decem dies dantur hodie ad appellandum, à die tamen sententiæ *d. Auth. hodie*, quibus transactis non admittitur ad appellandum, *c. concertationi, aliàs c. consultationi, extrà de appell. in* 6. Et vide decis. Socin. *consil.* 49. & vide omninò Angel. *in l.* 1. & §. *biduum, ff. quando appellandum sit.* Et Bald. *in l. is qui, infr. de lib. causa*, & Bertach. *in rep. in verbo terminus, ad appellandum.* Sed vide quatuor fallentias Socin. *regul.* 490. *incip. terminus decem dierum.*

¶ Quid autem si procurator non appellauit, an dominus habeat tempus appellationis à die sententiæ, vide decisionem Socini, *cons.* 344. Adde etiam, quòd si is contra quem lata est sententia, dixit illam nullam, sub aliqua probabili causa, & propterea nõ appellauit, non currũt sibi isti decẽ dies, nisi postquã est pronuntiatũ super nullitate. Bal. *in l. cõtra maiores, circa fi.* 1. *col. de vsur.* idẽ generaliter dicas in omni alio termino, nã currit à die sententiæ, l. *annus, de calum.* l. 1. & l. *nec*, & l. *regula*,

gula, D. de iur. & facti ignorantia. Glo. *in cap.* 1. *quo tempore miles in vsibus feud.*

¶ Agendo quis principaliter de nullitate ex probabili ratione dicendo sententiam nullā, non currit tempus appellandi. Adde Hyppol *singul.* 152., vbi refert alios seq. vide decision. Delphin 215. & 620. *vers.* 6 *quaro.*

¶ Item adde, quòd similiter tempus non currit heredi, ad appellandum vel prosequendum appellationem nisi à die scientię, & quòd defunctus habuerit notitiam de sententia, per textum *in l. finali, infrà ff. si pe.. ten. appell.* Bald. *in addit.* Specul. *in tit. de appel. in* 11. *char.* 4, *vers. nota, quod heredi.* Philipp. Frācīscus *in capit. ex ratione, antepenult. colum. vers.* 2. *adde textum de appell.*

¶ In Glossa in verbo *à sententia*, ibi aliàs si eius procurator non appellat, an præiudicat domino, quominus appellari possit à die sententiæ, vide Bartolum *in l.* 1. § *si aduersus, D. quando appelland. sit.* Et Capell. Tholoss. *decis.* 34. *numer.* 6. Afflict. *decis.* 344. Et an contumacia procuratoris noceat domino principali, quo ad appellationem, vide Capell. *in decis.* 1.9 *in fine*, & Bartol. *in loco supra allegato*, & clarius & diffusius per Ias. *in l.* 1 § *si procurator, in* 4. *colum. D. si quis ius dicenti non*, &c. Rebuffus *in proœm. constit. glossa* 5. *nu.* 93. Paul. 5 *sententiarum* 33.

l. Hi qui. 7.

Dec. *cons.* 295. Vide l. 4. *infrà de muneribus patrimoniorum.*

l. Si contra. 8.

Appellatione deserta, sententia datur executioni, nisi interim sit transactum.

l. Dominus. 9.

Oldrad. *cons.* 255. Dominus exequi potest appellationem à procuratore interpositā.

l. Si actor. 10.

Qui veniam ætatis impetrauit, in omnibus habetur pro maiore.

l. Ciues. 11.

In Glossa in *verb. ciues.* Ciuis propriè dicitur qui non participat muneribus & onerib. ciuitatis, Bald. *in* l. *si non speciali, C. de testam.* Socinus *in reg. solut. matrim. nu.* 9. Afflict. *decis.* 384. *num.* 7. Bart. *consil.* 62. *punctus talis est. Et in* l. 1 *ff. ad municipal. col. penult. vers. quaro.* Caro. Ruin. *cons.* 112. *vel* 122. *lib.* 5. Qui omnino in hac materia est videndus. Et an quis possit esse ciuis sine onere, vide Decium *in cons.* 607.

¶ In Glossa in verbo *si subiusta.* Nota, quòd in notoriis non opus est probatione, sed in manifestis est secus: quia notorium releuat ab onere probandi, ex eo, quia est probatio probata. Ita Alex. *in l. fi. in* 2. *col. ff. si cert. pet.* Adeò, quòd sola allegatio notorietatis sufficiat, ita fuit conclusum in S. R c. decis. 318.

l. Minimè. 12.

Vide Harmen lib. 1. Titul. 4.

l. Ex illo. 13.

Facit hic Nou. 82. & 113. c. 1.

l. Litigatoribus. 14.

An illico possit appellari, vide l. 3. *in fin ff. rem ratam haberi.*

l. Nec causas. 15.

Iudex à quo, debet mittere copiam, omnium actorum ad iudicem ad quem, aliàs efficitur infamis, vide Alex. *in l.* 2. & 3. *colum. & ibi Bart. sup. de edendo*, & ibidem diffusius Decius *in* 6. *col.* adde hic Salycetum & Bartolum.

l. Eos etiam. 16.

A delegato principis appellari potest, licet personam principis repreſentet.

l. si apud. 17.

Decius *consil.* 8. Vide l. 13. *Cod. Theodos. hoc eodem Titulo.*

l. Quoniam 18.

Vurmser. 1. *pract* 24. *obseru* c. 23.

l. A consulibus 19.

Appellatio habetur pro deserta, si reus intra certum tempus apostolos non petit.

l. Et in maioribus. 20.

Regulariter tam in sententia ciuili, quàm criminali licitum est appellare, vt per Ferrant. *in suis caut. caut.* 5. licet hodie per totam Italiam communiter sit, prouisum per statuta terrarum, quod ascendenti à sententia capitali, non liceat appellare. Ita inquit Capell. *cons.* 32 *incip. Quidam Rustici Vincentini*, & ita refert dominus Ferrant. *in d. caut.* & vide Parid. de Puteo, *in tract. Syndicatu in versiculo appellationes, num.* 10. *chart.* 19.

¶ Quòd aliquando appellatio non permittatur, vide Soc. *in reg.* 40. *incip. appellatio à qualibet causa*: vbi ponit 32. fallentias, & *regula* 31. *incip. appellatio à sententia*, vbi ipse ponit 13. fallentias.

¶ In qualibet causa permittitur appellatio, vide Socinum *in regul.* 24. *in verbo appell.* vbi limitat pluribus modis, Maran. *de ord. iudicum par. prin* 2. *act. numero* 216. nota etiam 6. hic non fieri iniuriam iudici, si ab eo appelletur.

l. Quoniam. 21.

Quid in criminalibus, qua pœna puniatur iudex, qui non detulit appellationi. Dic quòd pœna capitis, vt per Parid. de Puteo, *in vers. appellati, in verb. officiales, chart.* 20.

¶De pœna iudicis, qui non vult deferre appellationi. vide repert. Phil. Francisc. *in tit. de appellat. in verbo, appellation.* & an iste textus etiam habeat locum in Interlocutoria. vide Roman. *cons.*501. & quia iste textus allegatur, Quid assessor debeat contradicere. vide Dec. *cons.*8. *in* 2. *colum.* Hodie iudex appellationem non recipiens, litis damnum sustinet.

l Lata.22.

An à sententia lata fisci appellari possit, vide l.18. *supra eod.*

l.Cùm appellatio.23.

Cuiac. lib. 1. *obseru. cap.*26.

l.Iudicibus.24.

Facit hic *Nou.* 134. *cap.*3. & *Nouell.*136. *cap.* 3. *in fine.*

l.Et in multis.25.

Ab iniusta iudicis mulcta appellari potest.

l.Cum post.26.

Appellatur à procuratore Cæsaris ad Præfectum prætorio.

l.Nominationes.27.

An necessarium sit appellare ab electione inualida, vide hic D.Goth.

l.Si quis libellos.28.

Vide Bart hic, & Apostill. *in l. fi.* §. *eod.* licet appellatus possit appellationi renunciare, tamen hoc non procedit, quando appellatus recipit appellationem. Ita tenet, & refert Petr. de Rauen. *in suo compendio Iuris Canonici, in tit. de rescript. fol.* 312. *col.* 1. *in* 3. *parte.* Mynsing. *lib.*10 *obser. c.*7.

l.Addictos.29.

Vide Baldum hic, & Castr. adde Cepol *caut.*2. Iudex appellationis etiam in criminalibus exequitur sententiam suam.

l.Si quis prouocationes.30.

An in qualibet capitali causa liceat appellare, vide *l.*19. *supra eod.*

l.si appellationem.31.

Vurmser. 1. *practi* 24. *obs. c.*29.

l.Præcipimus.32.

Paulus *in consil.* 59. *incip. in Christi nomine.* Ludou. *cons.* 90. *in Christi nomine, & in consilio* 9. *incip. in Christi nomine.* Abb. *in consilio, incip. in Christi nomine, & in cons.* 31. *incip. inuocato nomine eodem.* Alexand. *in consil.* 43. *incip. Redemptor ... in causa & lite. colum.*3. Oldra. *consilio* 2... vide Vurmser. 1. *practicar.*24. *obser.*5 Cuiacius *Nouell.*22.

l.Eo casu.33.

Molinæus *de vsuris, numero* 58.

l.Iubemus.34.

Vide Cuiacium *ad Nouel.*20.

l.Iam.35.

Hanc legem restituit Cuiacius *lib.*12. *obs. cap.*5.

l.Oportet 36.

Hanc itidem legem restituit Cuiacius eodem loco.

l.In offerendis.37.

Fulg. *cons.*110. vide *Nouell.*23 c.1. & *l.*4. *infra de tempor. & reparat. appellat.*

l.si quando.38.

Ad quid possit in argumentum adduci, vide Guid. Papæ, *q.*436. *num.*44. Appellatur à duce ad magistrum officiorum & quæstorem sacri palatij.

l.Ampliorem.39.& vlt.

Appellans potest adhærere appellationi. Sed an debeat hoc facere infra tempus, quo potuit appellare. vide Franc. de Aret. *in l. Pomponius.* D. *de acquiren. hæred.* Gloss. *in c. vt circa. de elect. in* 6. Felyn *in cap. veniens, el* 2. *de testibus.* Adde, quod etiam tertius potest persequi appellationem ab alio interpositam, etiam quod appellans renunciaret appellationi vide Felynum *in c. cum super.* 3. *colum. vers. sed et si principal. extrà, de re iudic.* vide Glossam magnam *in fin. vers. in* §. *si minus. Instit. de actionibus in antepenult. colum.* Roman. *consilio* 388. Symmachus *in epistola ad Theodos.*

Tit.63. De temporibus & reparationibus appellationũ seu consultationum.

l.Si quis.1.

An & quod tempus detur ei qui ad honorem nominatur ad appellationem exequendam.

l.Tempora.2.

Vide Cuiacium *lib.* 12. *obseru. cap.*4. & *libro* 16. *obser. c.*7.

Auth. Ei qui.

Quamuis in ipsa Auth. videatur, quòd elapso primo anno, & non apparente iusta causa, prima sententia maneat firma, tamen antequam declaretur, sententiam esse desertã ob lapsum primi anni, debet citari appellãs ad dicẽdum aduersus allatam desertionem, & tũc si comparet, & allegat iustam causam, vt hîc,

vt hic,debet ei concedi secūdus annus, si vero non comparet, & allegat iustam causam, tunc declarabitur esse desertam Hanc practicam tradit Bald.*in l.1.in fin. D. nil nouand.appell.pend.*Et eum sequitur Maranth.*in suo sper. folio 92.numero* 153. & illud quod dixi, quod antequam declaratur appellationē esse desertam,iudex debet citare appellantem, tamen contrarium dicit Maranth.*in d.specul.folio 89. numero* 156. vbi dicit,quod iudex statim si viderit Calendarium,& ei clarè patet appellationem esse desertā, declarare potest appellationem esse desertam,etiam nō citata parte. Et de materia desertionis vide plenè & pulchrè per Guid.Pap.*sing.615* Et de hac Authen. vide Bald.*in consilio 323. vol.1. vbi,an & quando datur secundus annus.*

¶ Vide decis.Delphin.115.vbi quando promissione existente deseritur appellatio. Et vide Bart.*cons.67.vol.2.*Et Barb.*cons.341.vol.3* & omninò vide Abb.*in consilio 77.incip.in quæstione,vol.2.*Similem textum habes in *Clemen. quamdiu de appell.* quem adde de sua materia, & plura per Philip.Franc.*in c.ex ratione 5.6.7. col.extra,eod.tit.* Tempus exercendæ & finiendæ appellationis annuum est.

Auth.Si tamen.

Panorm.*cons.69.*Bald.*cons.*488. Si de causa appellationis compromittitur, tempora interdum non currunt.

Auth. sed & iis.

Panormit. *consilio 3.parte 3.* desumpta est ex *Nou.93 cap.1.*

Auth. si appellatione.

Hæc Auth.desumpta est ex *Nou.119.c.4.*

l.Nemo.3.

Actio an rectè dicatur viuere, Cuiacius 18 *obs.37.*

l.Per hanc.4.

Vide ad materiam huius legis, Ioan. de amicis. & quæ ibi scripsit, & in quantum hæc lex in parte dicit,quod non probata probabo per testes non obstante, quod publicatæ & apertæ acceptationes fuerunt in causa principali,quæ opinio est communiter approbata,Oldrad.*cons.*255.Rom.*cons.*281.

¶ In causa appellationis potest vtraq. pars non allegatum in causa principali allegare,& non probatum probare. Adde Felyn.*ad c.ad audientiam,el 2.extra de rescript. numer.13.cum seq.*Socin *reg.323.*Felyn.*ad c.significauerunt,nu.4.in fi.de except.* Guid.Papæ *q.80.*536.Anchar. *cons.123.*Marian.Socin.*ad c.fraternitatis, num.37.de test.*vbi Felyn. Paris.*cons.130.ad fin.lib.4.* De intellectu Alberi.*in tract.de test.3.par.prin. num.* 43. potest opponi in causa appellationis compensatio,Bal.*libro 1.cons.123.* plura Paris. *ad c.Pastoralis,num.51.extra de except.* Maran. *de ord.iud.6.par.prin.2.cri.nu.153.*Rot.*decis.362. & 323.in nouis, & decis.* 420. 421.64.262. 478. 596.*in antiquis*, Afflict.*decis.266.*

¶ In causa appellationis corrigitur & reprobatur per constitutionem regni *i incip.Iurisperitorum altercationes*,& hac ratione: Quia est timor falsi & subornationis testium,vt ibi. Sed per instrumenta potero probare in causa appellationis,quia cessat timor etiā in hoc secundo dicto remanet in suo robore: Quia huiusmodi instrumenta producuntur in sua principali causa post aperturam processus,vt probatur *in Auth. At qui semel suprà de prob.* in Glo.nisi esset in ea conclusum, *c.cum dilectus,extr.de fid.instru.* & per Andr.de Isern. *in præalleg.constit.* Quando verò producūtur testes super nouo articulo connexo: Hæc lex non reperitur correcta *per d.constitutionem.* Et ita tenet Bald.*in l.inuitus,supra de procurat.*

¶ Et de intellectu istius legis,vide Hyppol. *sing.240.* vbi dicit hunc textum procedere, quando aliquis in causa appellationis vult probare non probatum in prima instantia.

¶ Ad hanc legem nota regulariter, quòd deducta & non probata in causa principali possint procedi vel produci, & probari in causa appellationis, adde tres fallentias Soc. *in reg.396.incip.product.*& adde ad hunc textum *c.cum Ioannes,de fid. instrum.* Nota autem hic probationem veritatis esse lumen, qua de re *in tit.5.de probat.*

l.Cum anterioribus.5.& vlt.

Licet ex pacto partium remoueatur appellatio, non propter hoc videtur sublata via nullitatis.Ita refert & tenet Guid. Pap.*in qu.38.in fin.* Et nota quòd per pacta partium remouetur appellatio,& quòd per pacta partiū possint alteri tolli fatalia.Et ita tenet hic Bartol.pro quo adde textum *in l.quandiu.D.de appell.*quod non currit tempus, quando de consensu ipsarum partium expresso, persecutio differtur, possunt ergo partes per pacta facere, quòd fatalia non currant. Et licet aliqui tenentes contrarium: responderunt ad illum textum, quòd loquatur de suspensione & non de proprietate,tamen ego non video in effectu, quæ differentia inter suspendere & prorogare, cùm idem effectus resultet in vtroque casu, pro quo facit *l. Quòd si nolit. §.si quis ita, D. de adilitio edicto.* vbi partes per pactum possunt prorogare tempus legale, vt duret in perpetuum. Ea istam opinionem, quòd de communi con-

sensu prorogari tempus legale possit. Ad istam quæstionem, vide Balb. *decis.* 475. qui tenet contrarium, & ex partium consensu tempora appellationis prorogari, tenet Felynus *in c. ex ratione de appel.* Franc. Aret. *in c. de iud.* Oldr. *cons.* 12. Dec. *consilio* 677.

¶ Appellans habet annum ad prosequendam appellationem, & ex causa biennium, vt hic, *& Auth ei qui, suprà eo.* vide Rot Roma. *decis. in tit. de renunciat.* in nouiss. *& decis.* 422. *& seq. &* 65 *&* 155. in nouiss. *in 2. edit.* 471. 144. 219 in antiquis, 493. 467. 208. 38. in nouiss. 132. 41. 321. 428. Cassad. *decis.* 4. *in tit. de appellat. & decis.* 6. *&* 9. Ægid. *decis* 593. Fed. de Sen. *cons.* 173. Paris. *cons.* 108. *libro* 4. Soc. Iun. *cons.* 117. *lib.* 2. Roman *not.* 211. vbi latè in addit. quomodo probetur impedimẽtum. In materia ad textum per Maran. *in tract. de ord. iud.* 6. *par. prin.* 2. *act. num.* 317. *cum pluribus seq.* Et adde pro limitatione ad hunc textũ, quæ ponit Franc. & alij *ad c. personas, extr. de appell.* Quomodo à parte vel à iudice sit coarctatũ tẽpus prosequendæ appellationis. Pro intellectu contra communem, Dec. *ad c. ex ratione, extr. de appell. in* 3. *cas.* 2. *concl.* 6. *col. & seq.* apud Abb. & alios ibi. Adde Cott. *in memor. in verbo appell. non licet.* Rot. *decis.* 287. Felin. *ad c. pastoralis, §. quia verò, col.* 2 *in fi. de off. deleg. & ad c. si diligenti, col.* 2. *de for. compet.* Marant. *de ord. iud.* 6. *par. art.* 2. *lim.* 29. *num.* 330. per Arct. *cons.* 109. *num.* 1. *in fin.* Cuiac. *lib.* 4. *obs. c.* 32. *& lib.* 10. *c.* 12 Mynsing. 1. *obs. c.* 1. Cuiac. *ad Nou.* 49. *&* 93.

Et in institutionibus Iustiniani. in principio.

Tit. 64. Quando prouocare non est necesse.

In Gallia non obseruatur hic titulus, quoniam necessaria est appellatio, etiam in casibus, in quibus sententia est ipso iure nulla.

l. Latam. 1.

Nota istam legem, quòd sententia lata cõtra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, non valet, & est nulla. Adde plures limitationes ad istam regulam, per Felinum *in c. inter Monasterium, de re iudica.* Adde quòd sententia contra sententiam non valet, & est nulla *d. l.* 1. ratio est, quia secunda sententia reperitur lata sine processu nouo, & noua instantia, secundũ Doct. *in l. ista*, & vltra fallẽtias per Felinum positas, vide alias 14. fall. Socin. *in reg.* 438. *incip. sententia contra sententiam.*

¶ Glossa, in verbo *non obtinebit.* Nota istam Glossam quod quãdo dicit aliquis sentẽtiam nullam, & si quę est appellatio, quòd nullitas censetur incidenter & accessoriè allegata, & causa appellationis est causa principalis, de cuius Gloss. veritate, vide Ias. *in l.* 1. *§. col. D. de iniust. rupt. testam.*

¶ Nota practicam appellãdi ex ista Glo cui adde Alex. *in cons.* 2. *vol.* 3. & de materia istius Glo. vide per Scribentes *in c. dilecto, extra de appell.* & Bart. *in l. si expressim. D. de appell.*

¶ Nota quòd si sentẽtia lata est, ius expressè non valet ipso iure, *d. l.* 1. *& c. inter eod. titu. & l. si expressim, de appell.* adde 16. fallentias Soc. *in regula* 439. *incip. sententia contra ius*, Rebuff. *in proœmio constitutionum, gl.* 5. *num.* 96. Oldendorp. *cap.* 21. *de sentent.*

l. Cùm inter. 2.

Limita dictam legem, vt per Alex. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, in prin. de verborum obligat.* & Bart. *in* 6. *opposit.*

¶ Limita secundò, quando error expressus in sententia esset secundum casum, *l. secus*, si contra illum errorẽ essent rationes, & non casus in terminis, & dixit Bald. hic, & Ant. de But. & Abbas *in c.* 1. *extra de re iud.*

¶ Limita tertiò, vt per Alex. *in l. iustè possidere* 7. *col. vers. quæro, D. de acquir. possess.* & Soc. *in d. reg.* 354. *vel* 439.

¶ Amplia istam legem procedere, etiamsi esset alia causa, per quam poterit iustificari sententia, si tamen illa non fuerit expressa, *l. qua testamento.* Et ibi Bald. *de excusat. tut.* Pro maiori intelligentia istius legis, vide decisio. Neap. 28. Sententia lata contra ius constitutionis est ipso iure nulla, limita non procedere, quando iste error expressus non potest, legi in sententia, sed tacitè ex ea resultat, vt per Ias. *in l. certi conditio, in principi, numero* 20. *D. si cert. pet. & ad l. qui Romæ, §. duo fratres, nu.* 52. *D. de verb. oblig.* Adde per Innoc. *in cap. cum P. & G. de offic. deleg.* sequitur Alexander *cons.* 79. *in vlt. col. volum.* 2. Ias. *ad l. cum prolatis, nu.* 9. *D. de re iud.*

l. si vt proponis. 3.

Suspenso genere, suspenditur quælibet eius species.

l. Cùm magistratus. 4.

Vide Oldendorpium *cap.* 12. *de sententiis.*

l. Certa ratione. 5.

Bart. *cons.* 259. Oldendorp. *cap.* 29. *de sentent. l.* 20. *D. de iurisd. omn. iud.*

l. Cùm non. 6.

Sententia non valet, lata per iudicem delegatum extra tempus delegationis.

l. Venales. 7.

Nota quod sententia lata per iudicem corruptum pecunia est nulla ipso iure, adde duas fallen-

a llentias Soc.*in reg.441.incip.sententia lata per iudicem*, & si apparuerit sententiam esse iustam, non tamen valet, vt dicit Bart.*in l.si quis testibus, in fine, supra de testibus*, vt dicit ibi Gl. in teste corrupto, quoad licet dicat verũ, tamen non probat, Oldendorp. c.7.*de sent. & re iud.* l.*vlt.supra de pœn.iud.*

l.Si pater.8.

Coniunge hic l.6.*&* l.12.D.*de decur.*

l.Omnem.10.& vlt.

Cepol.*con.crim.*12.Nota autem hic, quod victor victo appellante, necesse non habet & ipse appellare.

Titul.65.Quorum appellationes non recipiuntur.

Hunc titulum parum in Gallia obseruari notat Rebuffus *in const.gloss.5.num.99.*

l.Eius qui.1.

Seruus contumax non appellat in materia Felin.*ad c.cum R.& ad c. & G.de off.deleg. ad c.1.de iudic.ad c.fin.eod. titul.ad cap. cum olim, de testibus, ad cap.significauerunt, de except.ad c. cum omnes, de const.ad c.causam quæ de rescript. ad cap.Rodolphus, in fine, eodem titulo*, Boerius *decis.*255.*numero* 12. Prat.Pap.*in form. appell. à senten.diff.columm.*3. vbi decem casus enumerat, in quibus non appellatur, Decius *ad Rubricam de appellat.* Crauetta *consilio* 273.*cõtra*, Grat.*consilio* 100.*libro* 1.Romanus *consilio* 248. *&* 351. Rot.*decis.*674.707.746.306.763.*in antiq* Sign.enumerat 15.casus, in quibus non appellat, *con.*249. Afflict. *decis* 261. vbi 19.casus recenset, *& decis.*369.item à sententia fortis, Tiraquellus *de primog. quæst.*17. *opin.*1. item Baldus *consilio* 35.*libro* 5. item in causa studij, vt si Faber apud scholas malleat, & sententia expellatur, per Scribentes *ad l.1.in fin.soluto matrimonio*, ab executore, & interlocutoriæ magis commu.quod non appelletur, Alciat. *ad l.1.§.si quis ita.de obligat. numero* 16.*à consilio sapientis*, Bartolus, & alij *ad l.si conuenerit, de re iudicata*, in excedente mandatu, Glossa *ad c.quo ad consulta.de re iudicata*, Abbas quinque vtilitates enarrat, si appelletur vel non, *num.*24.

l.Obseruare.2.

Conuictus de crimine & confessus regulariter non appellat, *d.l.obseruare* & Bart.Veronens.*in cons.*164.*col.*2. adde duas fallentias Soc.*reg.*224.D.*de verbor.signif.*

l.Nulli.3.

Communis opinio est in contrarium, adeò quòd à sententia lata contra officiales, potest appellari, vt refert & tenet Paris. de Puteo *in tract. Synd.in vers. appellatio. vltima col.chart.*9.facit hic *l.1.D.an per aliũ cau.appel.*

l.Abstinendum.4.

Mynsinger.4.*obs.c.*50.

l.Ab executione.5.

Ab executione sententiæ, regulariter non appellatur, vt hic, *& in c.nouit, extra de appellat.* Sed vide 5. fallentias Soc.*in reg.33. incip. appellare ab executione*, Panorm.*cons.*55.Guido Pap.*q.*574.

¶Limita eam, vt in præallegata reg.Socin. ad gloss.1.vide Alex.*cons.*237. *visis processibus, in 1.col.in fin cum seq. ibi circa illam gloss.sibi contrariam*, Cepoll.*caut.*44. Grat.*cons.*16.*&* 109. *libro* 2.

¶Quod à decreto de exequendo potest appellari.Adde Abb.*in cap.quo ad consultationẽ, de sentẽt. & de re iud.in 9. col.cum 3. sequentib.* Et Castr.*in cons.*25.*Et in consilio* 525. Adde etiã cautelam, quòd à decreto de exequendo appellari possit.De materia huius legis, Cornel.*cons.*221.*lib.*4.

¶Quando appellatione pẽdente possit fieri fructuum sequestratio. Bart.*in l.Imperatores, §.fin. D.de appell.* Symmach.1.*epist.*25. Roland.à Valle *cons.*23.*num.*5.

l.Quisquis.6.

Loquitur hæc lex de edicto diui Ardriani tollendo.

l.Ante sententiam.7.

Nota, quòd quando quis appellat à sententia definitiua contra se lata, regulariter non debet allegare causam appellationis, quare appellat. Scrib.*in l.ista.* Adde fallentias per Soc.*in reg.*28.*incip.appellans à definitiua.*

¶In eadem lege in glossa magna in verbo *Iure Canonum*.Nota, quòd de iure Canonico licet à quolibet grauamine appellare. Hoc intellige, expressa causa grauaminis *canon. Card.extr.de appell.in 6. Clem.appellãti, de appel.& c.vt debitus, extr. eod.tit.* secùs in appellatione à definitiua, vt est gloss.de vtroque *in l.3.§ fi.D.de appell.*Sed de hoc, vide Socinum *in d.reg.* Panorm.*cons.*38. Mynsing.*lib.*4.*obser. cap.*43.

l.Et publicarum.8. & vlt.

Publicus debitor manifestè conuictus non appellat.

Tit.66. Si pendente appellatione mors interuenerit.

Coniunge hic l.2.D.*quæ sent.sine appell.*

l. Etiam. 1.

Rebuff. *in proœm. const. gloss. 5. num. 97.*

l. Eius qui. 2.

Adnotatio non est condemnatio, à qua appellatur.

l. Si is qui. 3.

Mortui pendẽte appellatione crimen morte extinguitur.

l. Si pater. 4.

Causa appellationis, an & quando finiatur, vide hic D. Gothof.

l. Quamuis. 5.

Appellatio pendet in numero cognitionum.

l. si vnus. 6. & vlt.

Ad istam legem, adde Pilipp. *in c. ex ratione, col. penult. de appell. vers.* add. quod tempus appellationis non currit, nisi à die scientiæ, Cuiac. c. 16. *de præscript. l. 2. ff. de re iud.*

Tit. 97. De his qui per metum iudicis non appellarunt.

l. si contra. 1.

Oldrad. *cons.* 151. Ias. *cons.* 72. facit hic l. *vlt. §. quod met. caus.*

l. His qui. 2. & vlt.

Cuiac. *lib. 8. obs. c.* 11. vide Mynsing. 4. *obs.* 44. *&* 45.

Titul. 68 Si vnus ex pluribus appellauerit.

l. Si iudici. 1.

Coniunge l. 10. §. 2. *D. de appell.*

l. si in vna. 2. & vlt.

Rebuff. *in proœm. const. glo. 5. nu. 98.*

Titul. 69. Si de momentanea possessione fuerit appellatum.

De momento, vide Isidor. *lib. 5. etymol.* Cuiac. *lib. 2. obs. c. 35.*

l. Cum de possessione. 1. & vnic.

Extant in hanc legem vnicã Cæsaris Contardi aduocati curię Romanę commentarij. *Vide Fachineum *controuersiarum iuris. lib. lib. 1 c. 75.*

¶De materia istius legis, vide plenissimè Lanfrãc. *in verb. interlocutoria, & appellat. char.* 90. ibi decimo fallit, vbi, an & quando possit appellari.

¶In eadem lege vide Iasonem *in* l. *patre furioso, D. de his qui sui vel alieni*, vbi quid si appellatio fuit amissa per iudicem à quo

¶ A sententia lata in causa momentaneæ possessionis regulariter nõ permissa est appellatio *d. l. cum de possessione*, adde 5. fallẽtias per Soc. *posit. in reg. 32. appellare à sententia lata.* Et ad intelligentiam d. l. vide Socinum *cons.* 263. Bart. *in* l. 2. D. *de appellat. recip.* & vltra limita, nisi iudex admiserit appellationem. Quia tunc procedit ita Bal. *in* l. *post sententiã, col. 2. supra de sentent.* Alex. *cons.* 367. *incip. consideratis.* Ias. *in* l. 1. *in prin. de noui operis nunc.*

¶In eadem lege Gloss. *fi. vers. sed his spretis.* An prohibita appellatione debeat cõcedi in integrum restitutio, hoc in consilio 242. vbi tenet, quod sic. Panorm. *cõsilio* 55. Dec. *cons.* 28. Simmachus 2. *epistol.* Vvrm. 1. *pact.* 14. *obs.* 12. Imbert. *in Enchiridio*, Grat. *cons.* 16. *li* 2. *&* 110. *& cons. fin. eod. li.* Dec. *cons.* 28. contra quem tenet Rip. *ad c. sæpe, dum. 5. extr. de restit. spoliat.* Cagnol. *ad* l. *impari, num. 6. D. reg. iur.* Ias. *ad* l. *patre furioso, D. de his qui sunt sui, nu.* 12. Balb. *decis.* 445 447 *&* 477 Dec. *ad* l *pendente, nu. 6. Co. de bonor. poss. sec. tab.* In materia Guid. Papę q. 37. Afflict. *decis.* 269. Tiraq. *in tract. le mort. in 6. declar. 6. part.* Cotta *in memorabil. in vers. appell.* Corrasius *ad* l. *naturaliter, § nihil commune, in pref. n.* 30. Dilect. *in tract. de art. testa. tit. 11. caut. 5. num. 7 in fine*, latè & not. Marant. *in tractat. de ord. iud. vlt par. 2. act. 1. nu. 295. cum pluribus sequentibus*, vbi ponit vndecim limitationes ad hanc regulam, Duen. *regul* 44. & de qua momẽtanea possessione intelligatur Cachera *cons. 25. num. 7.*

Tit. 70. Ne liceat in vna eadémque causa tertio prouocare, vel post duas sententias iudicum.

Vide Vvrmserum 1. *practicar. 2. c. 25.*

l. Si quis in 1. & vnic.

Licet à duabus sententiis conformibus non licet appellare, vt hic. tamen supplicari potest ab huiusmodi sententiis, & per huiusmodi supplicationem nõ retardatur executio, vt *per decis S. R. c. 28. & per Capell magna curia, de appell. vers. item si contingat.*

¶Et pro limitatione huius tituli, vide Angel. *in*

gel. *in l. si cum executione, §. hac autem, in fi. D. quod met. causa.*

¶Et de materia huius tituli, vide Philipp. Franc. *in c. directè, extra de appellat.* Et ad l. 1. ad de textum *in c. sua de appell.* non licet alicui tertio prouocare, Soc 328. *reg.* A sententia iudicis dati appellatur ad eum qui dedit.

Titul. 71. Qui bonis cedere possunt.

In hac Rubrica quæritur an cessioni bonorum renunciari possit cũ iuramento, Guid. Pap. *q.* 211 negatiuam sustinet, respectu carceris non euitandi. Hoc enim casu non valet renũciatio, quo verò ad alium effectũ, quòd in bonis posteà quæsitis non cõueniatur, nisi in quantum facere possit, hoc casu valet renunciatio, & ipse ibi ponit: quod debitor fisci non possit cedere, de quo extat decisio S. R. *conc* 265. pone finem: sed contrarium tenet glos. in decis. Capell. vbi distinguit, quod si fiscalis debitor est ex delicto, non possit bonis cedere, contra si ex cõtractu, vel proter collectas allegat Cyn. *in* l. 1. hic teneas passim opinionem negatiuam, quia in materia cessionis obseruata est. Adde Parid. *cons.* 94. *num.* 10. *volum.* 1 vbi debitor non euitat carceres existens in dolo & culpa, & qui fraudulenter dilapidauit bona sua, prout isti sunt decoctores. qui beneficio cessionis bonorũ non gaudét. Contra quos multa ponit And. Tiraq. *in Rep. l. si vnquam, C. de reuo. donat. in vers. bona, num.* 5.

¶Et in hac materia adde singulariter Pau. de Castr. *in l. fin. §. de non num. pec.* vbi si debitor promisit soluere mille post mensem cũ iuramento, est periurus, si eo tempore, quo promisit scribat se soluere non posse, quia pauper, vnde beneficium cessionis nõ habet, vt possit liberari à carceribus, cedendo bonis, allegat textum *in l. pen. in fi. D. de iure delib.* Quod dictum Alex. temperat *in alia l. §. eleganter, D. solut. matr.* procedere quando dolus debitoris interuenisset, alias secùs, de quo vide quæ scripta *in d. l. de non num. pecun.* Et an executor instrumenti impediatur, si debitor vult bonis cedere, vide Cornel. *cons.* 202. *vol.* 2. Et an in Ecclesia vel clericus possit cedere bonis, ponit Gloss. in decis Capel. Tholoss. 136.

¶Et an bonorum cessioni possit renunciari, vide decis. Capell. Tholoss. 51. & ibi Glossatorem, & quæ ibi scripsi.

¶Et quis cedendo bonis regulariter liberetur à debito, & an valeat talis cessio toto isto titulo *Qui bonis cedere possint*, c. 4. D. vide Ang. *in §. fi. in 3. col. Instit. de actionibus*, & Ias. *in d. §. fi.* sed adde octo fallentias Soc *in regul.* 68. *incip. cessione*, *at alias* 18. *in regul.* 65. *incip. cedens bonis.*

¶Nota, quòd non valet pactum, quòd debitor non possit cedere bonis, quia videtur se obligare ad carcerem. Adde ad istam materiam Dec. *cons.* 60. *incip. quòd pactum*, Rot. Rom. *decis.* 567. *vtrum possit in antiquis.* Cott. *in memoral. in verb. solui. vers. ex ista reg. quod est contra bonos mores*, ita Bald. *in d. l. qui bonis.* Et ita Bart. & Cynus *in l. alia §. eleganter, solut. matr.* & facit quod habetur *in Auth. imò, suprà de act. & obligat.* & Feder. de Senis *in cons.* 58. *incip. supr. scripsi per totum*, 1. *volu.* sed vide quatuordecim fallentias Soc. 342 *incip. pactum quod debitor*, vide hac de re *in Nou.* 123 *infrà.*

l. Cui bonis. 1.

Qui bonis cedit non liberatur ipso iure: sed solo carcere.

l. Si quantitatem. 2.

Distractionem bonorum patitur qui bonis cedit.

l. Si pater. 3.

An debitor principis bonis possit cedere, vide hic D. Gothof.

l. Legis. Iuliæ. 4.

Debitor qui cessit bonis post quadraginta dies non datur dilacerandus creditoribus, vide Ang. *in Auth. vt defuncti seu funera eorum ne iniur. à cred. col* 5. *in princ.* dicens ad limitationem istius textus, quòd si ex facultate statuti instrumentum habet executionem paratam mortuo debitore, creditor poterit facere detinere debitorem, vt sepeliatur, Alciat. *lib.* 2. *parerg. c.* 4. *l.* 31 *D. de vsucapionibus.*

l. Propter. 5.

Facit hic l. 12 *in fin. suprà de episcopis* 17. *§. de rescind. vendit.* l. 16. *D. de muneribus & honor.*

l. in omni. 6.

Forner. *lib.* 2. *select. c.* 27.

l. Cum & filiifamilias. 7.

Ista lex allegatur, quòd faciens aliquem iniustè carcerari vel detineri, tenetur actione iniuriarum, Socinus *cons.* 231. *in* 3. *col. vers.* 2. *num. in* 2. *parte*, Cuiac. *lib.* 13. *obs. c.* 18. *§.* 26. *Inst. de action.*

l. Cum solito. 8. & vlt.

Ad hunc textum vide *in l. maiorem, D. de pactu*, Fridericum *consil.* 1.

¶Et de materia istius legis finalis, vide Afflict. *decis.* 5. & 228. & Alberic. *cons.* 46 Roma. *cons.* 439. & Cast. *pulchrè in l. finali, suprà de non num pec.* Angel. *cons.* 213. & *in §. cum quoque, Instit. de act.* vbi pulcherrima & infinita de ma-

teria cessionis bonorum, quem vide, & præcisè *num.* 17. *fal.* 287. vbi dicit, quòd cessio con cessa principali, nõ prodest fideiussori. Et quid in dilatione quinquẽnali, vide Hypp. *in Rub. de fideiuss. n.* 65. *cũ seq.* vbi multa de materia huius, vide Rau. *in tract. de virtute vir. u.* 22 *priuileg.* vbi dicit, hanc legẽ nõ habere locum in debito iurato. Refert. Bald. *in c. constitutus, extr. de rescript. col.* 3. Hyppol *sing.* 413. Minor an possit cedere bonis, & an pro debito pecuniario possit capi, Bal. *in l.* 1. *in pen. q. supra eod.* Iacob. *in l. neque impub. n.* 3. *D. de in ius vocan.* Rom. *cons.* 129 Papo. 10. *arest.* 9. *&* 3. *Notar.* 8. Cuiac. 2. *obs.* 10. Rebuff. *in tract. de literis dilatoriis.*

Tit. 72. De bonis authoritate iudicis possidendis, seu venundandis, & de separationibus bonorum.

Rebuff. *in proœm. constitutio. glos.* 5. *nu.* 10.

l. In bonis. 1.

Legatarij defuncti potiores sunt legatariis hæredis.

l. Est iurisdictionis. 2.

Vide Cuiacium *lib.* 10. *obser. c.* 25.

l. Ex contractu. 3.

Facit hic *l.* 7. *§. tit. proximo, &* §. *vlt. vers. ecce enim, Inst. de action.*

l. inciuile est. 4.

Coniunge l. 2. §. 3 D. *de curatore bonis dando.*

l. Si bona debitoris. 5.

Vide Cuiacium *libro* 10. *obser. c.* 31. *l.* 4. *& l.* 6. *D. de eodem.*

l. Pro debito. 6.

Creditores hypothecarij præferuntur chirographariis.

l. Si vxor. 7.

Actio confunditur pro rata, qua creditor succedit.

l. in possessionem. 8.

Dominum non acquirit missus in possessionem ex primo decreto.

l. Cum proponas. 9.

Nota, quod ad hoc vt iudex possit peruenire ad primum & secundum decretum necesse est, quòd reus latitet, ita notatur *d. l. iudex ad hoc.*

¶ In eadem lege *in gloss. pen. vers. qua opinione.* Hæc opinio placet Bar. *in l. si finita, §. Iulianus, D. de damno infect.* Coniunge l. 19. D. *de in ius voc.*

Authent. Ei qui iurat.

Angel. *in Auth. de exhibendis reis*, ponit vnam pulchram limitationem ad hanc Auth. quod huiusmodi Auth. locũ habeat indistinctè, nisi bona debitoris sint creditori hypothecata, quia tunc in omnibus fit omissio, & vltra mensuram debiti declarati. Hoc etiam refert, declarat & tenet Guid. Pap. *decis* 432. *in* 2. *col. in fi.* & ibi multa scripsi.

l. Cum apud. 10. & vlt.

Alciat. *lib.* 1. *dispunct. c.* 19. Theoph. *in §. sacras. Inst. de rer. diuis.*

Tit. 73. De priuilegio fisci.

Adde hic *tit.* 1. *lib.* 10. *infra eod.*

l. Bona. 1.

Vide *l.* 25 *ne vxor pro marito.*

l. Quamuis. 2.

Fulg. *cons.* 13 *ponitur*, Ant. Mercat. 3. *notar.* 14. Rober. 3. *animaduer.* 14.
*Cuiac *in lib.* 10. *Cod. Tit.* 1.

l. si pecuniam. 3.

Rom. *cons.* 111. *viso*, iunge *l.* 2. *infra in quibus causis pignus.*

l. si debitor. 4.

Priuilegium fisci ad quid non extendatur, vide hic D. Goth.

l. Pecuniam. 5.

Fiscus potest ex suo priuilegio reuocare pecuniam creditori solutam sine vsuris.

l. si in te. 7.

Oldradus *consilio* 186. *licet.* Priuilegium fisci transferri potest, *& l.* 45. §. 9 *ff. de iure fisci.*

Tit. 74. De priuilegio dotis.

Vide Bal. *ad l.* 1. *ff. soluto matr.* Oldendorp. c. 13. *de iure singulari.*

l. scire debes. 1. & vnic.

Hic textus loquitur quoad priuilegiũ prælationis, quod competit mulieri, & est effectus, quia tunc est personale, & nõ transit ad alium, nisi ad filium, vt hic, iuncta Glo. *in §. fuerat, Inst. de actionibus* Secus autem in priuilegio reali, vtpote tacitæ hypothecæ, quoniam tunc transit ad quemcunque, vt notat Bar. *in l.* 1 *ff. solu. matr. in* 1. *&* 2. *col.* & per Ias. *in d. §. fuerat, in d.* 3. *col.* & istud quod dicitur, ¶ priuile-

priuilegium prælationis transit ad filios, intelligas de filiis eiusdem matrimonij, & non alterius, vt per præalleg. Ias. *in d. §. fuerat, in* 19 *&* 10. *col. num.* 49 iunge hic l. 13. §. 3. D. *de fundo dotali.*

Tit. 75. De reuocandis his, quæ in fraudem creditorum alienata sunt.

Rebuff. *in proœm. constit. glos* 5. *num.* 102.

l. Hæres. 1.

Cuiac. *libro* 7. *obseru. cap. vlt.*

l. si successione. 2.

Collige hic, dotem in bonis patris nõ esse.

l. si paterna. 3.

Cuiac. *lib.* 13 *obser. c.* 33.

l. Filios. 4.

Socinus *cons.* 264. *visis instrum.* Filij autem non reuocant alienata in fraudem.

l. Ignoti. 5.

De reuocatoria actione, vide hic D. Goth.

l. si actu. 6. & vlt.

Dec. *cons.* 410. *in causa.* Cuiac. *lib.* 12. *obser. c.* 5. quæ sanè difficilis est.

Tit. 76. Fideicommissa libertate.

l. Cum inter veteres.

Oldrad. *consilio* 212. *quidam in suo.*



CODICIS LIBER octauus.

De interdictis.

Titulus primus.



QVÆ an hodie in vsu sint, vide l. *vlt. D. de lib. exhib. &* l. 3. *&* 4. *infra eodem tit.*

l. Cum proponas. 1.

Valla *de rebus dubijs, tract.* 8. Cuiac. *lib.* 5. *obser. c.* 17. *in princ.*

l. Præses prouinciæ. 2.

Cuiac. *lib.* 5. *obs. c.* 19. Interdicta fiunt plerumque de possessione, vel quasi possessione, vt notat Cuiac. *sup. d. loco.*

l. Incerta. 3.

Vacon. *libr.* 2. *declar. c.* 44. Possessoriũ præfertur petitorio, §. 4. *Instit. eod. tit. l.* 3. 3. *finium regundorum.*

l. si quis quodlibet. 4.

Cuiac. *lib.* 5. *obs. c.* 7. *& lib.* 16. *c.* 7.

Tit. 2. Quorum bonorum.

Vnde & quare hoc interdictum sic appelletur, vide *l.* 1. D. *hoc tit.*

l. Hæreditatem. 1.

An & qualiter probari debeat filiatio, quę est difficilis probationis, *vt in l. Lucius ff. de cond. & demonstr.* vide l. *filium, ff. de his qui sui vel alieni Iuris sunt,* Dec. *in l. qui accusare, supra de edendo,* Forcat. *Necyom. dial.* 22. Oldr. *cons* 18. *circa* 1.

l. si ex edicto. 2.

Dec. *cons.* 424. *proponitur, par.* 3. In quos autem detur hoc interdictum, vide hic Doctores.

l. Constat. 3.

Nota istum textum quod lex naturę pręfert consanguineos marito, in successione vxoris, & per istum textum dicebat Raph. Fulgos. *in cons.* 71. quod vxores plerumque aut reuerentia, aut metu instituunt viros hæredes, Dec. *cons.* 424 *proponitur,* vide *l. vnicam, supra vnde vir & vxor.*

Tit. 3. Quorum legatorum.

In Pandectis legitur *quod legatorum.*

l. Hæredi. 1. & vnic.

Executio sententiæ vel instrumenti habentis executionem paratam ex forma statuti, non potest peti, nisi contra condemnatum, vel obligatũ, in interdicto, vel hæredes eius, & si hæredum mentio in eo expressa non sit, quia nominato Titio, hæres quis nominatus videtur. Ita Baldus hic. Non autem potest peti contra singularem successorem condemnati vel obligati, vt est glo *in l. ea l. supra de cond. ob turpem causam,* secund. Aug. *in l. si debitori, supra si aduers. cred.* Sed vide vnam fallentiam Soc. *in reg.* 178. *incip. Executio sententia,* Cuiac 8 *obs. c.* 2. *&* 10. *obs.* 28.

Tit. 24. Vnde vi.

Facit hic titulus ffrorum *de vi & vi armata.*

l. Rectè. 1.

Nota regulam vim vi. Hęc regula fallit in pluribus casib. vide Iun. circa aliud *in tract. de bello Italico.* Et si quis expresserit modũ in defendẽdo, vt cũ possit euadere vulnerãdo, voluit occidere punitur de occiso, vide Ce-

pol. *caut. volum. consilio* 1. & Rom. *sing.* 3. & quę ibi nouiter per Nicol. Pig. addita sunt & Salyc. & scribentes maximè per Iaſ. *in l. vt vim, pen. col. de iuſt. & iur.*

¶ Pro defendenda poſſeſſione ſua non ſolum eſt licitum reſiſtere, ſed poteſt quis cõuocare amicos ad iuuandum ne expellatur, & poſſunt percutere aggreſſorem & expulſorem. Ita Bal. *in iſta* l. *prima.* Adde Bart *in* l. *deuotum, C. de metal. lib.* 12. & tenet Angel. *in tract. malefic. in verſ. ſe defendendo.*

¶ In eadem lege in gloſſ. in verbo *moderatione.* Defenſio eſt permiſſa cum moderamine inculpatæ tutelæ, vltra iſtam legem primam, adde l. *vt vim ff. de iuſt. & iur.* & tamen ille qui excedit modum inculpatæ tutelæ, non poteſt condemnari pœna mortis, ſed alia minori pœna, arbitrio Iudicis, & ſic nõ debet puniri pro toto ſed pro tãto. Ita Bartol. *in c.* 1. *in fine de pact. iurament. firmand. & in c.* 1. *in prin.* 3. *colum. de pactis tenendis.* & Baldus *in dicta lege vt vim.* Rom. *singul.* 3. & Florian. *in* l. *ſcientiam, §. qui cum aliter ff. ad l. Aquil.* Caſt. *in conſ.* 192. *incip. in cauſa altercatorum, colum. vlt.* Alexand. *conſ.* 76 *incip. viſa inquiſitione, in* 1. *&* 2. *col. vol.* 1. & Cepol. *conſ.* 29. *incip. viſo proceſſu,* 5. *colum.* & idẽ Cep. *in conſil.* 1. *in* 3. *col. & conſ.* 34. *col.* 8. dicit non puniri pro toto, ſed pro tanto, quando quis facit ſe defendẽdo, & excedit modum, & defendi non poteſt aliquis cum ſtatera in manu & menſurare, ita dicit textus *in c. ſi. de homicid. in* 6. Homo enim incenſus dolore, & timore permotus, non eſt in plenitudine intellectus. Ita Bald. *in c.* 1. *§. ſi. in ſi. de pact. iur. ſir.* Franciſ. Aret. *conſ.* 34. Alexand. *conſ.* 109 Cepol. *conſil.* 1. Bald. *conſ.* 98 Zabarel. *conſ.* 42. Cuiac. *libro* 5. *obſ.* c. 18. Gail. *lib.* 2. *obſer.* c. 100. *&* 101. vide l. *vt vim. D. de iuſt. & iur.*

l. Vi pulſos. 2.

Alciat. *lib.* 3 *preſumpt.* c. 39. facit l. 1. §. 39. *ſupra hoc tit.*

l. Authoritatem. 3.

Nota contra iſtos potentiſſimos, qui occupant caſtra aliena, & poſtea obtinent reſcriptum ab imperatore. Et hanc legem dicit Bart. eſſe menti tenendam, & allegatur, violentam poſſeſſionem per principem non confirmari, & ita Bart. *in tractat. de tyranno, in* 15. *col. num.* 10. *qu.* Bald. *in c. nihil. in* 3. *notab. de praeſcrip.* Florian. *in* l. *vniuerſus, C. de precibus Imp. off.* Ad intellectum iſtius legis, vide Felyn. *in c. probaſti, de praeſcript. colum. penult. verſ. circa quartum, chart.* 179. 197. Violenta poſſeſſio, nẽ quidem reſcripto confirmari poteſt, l. 2. §. 10 *ff. ne quid in loco publ.*

l. Si de poſſeſſione. 4.

Cuiacius *libr.* 5. *obſeruat.* cap. 15. §. 6. *Inſtit. de interdictis.*

l. Inuaſor. 5.

Menochius *de recup. poſſeſſ. remed.* 7. Baldus *conſilio* 323. *proponitur, parte* 2. Cuiacius *libro* 19. *obſeru.* cap. 16. vbi de inuaſis alienis locis agitur.

l. Meminerint. 6.

Pignora specialiter obligata, priore loco distrahuntur.

l. Et qui sub imagine. 10.

Nota quòd præsumitur simulatio, & vide hic Bal. qui dicit quòd simulatio appellatur imago

imago, quę habet superficiem veram, sed nō medullam, & ideo collusio appellatur secū-dum eum. Paul *lib. 2 sent. Tit. 13. §. 4.*

l. Mulier licet. 11.

Mulier pro extraneo pignus dare potest.

l. Si debitorem. 12.

Res licet expresse hypothecata possit alienari per debitorē inuito Creditore cum suo onere, tamen secus esset tacita hypotheca, ex quo non transeūt cū onere, vt per Iason. *in d. §. Itē Seruiana, in 10. colum.* I*nst. de action.* pignus autem vendi potest à debitore saluo iure creditoris, vt ait *l. 14. & l. 13 sup. de pignor.*

l. Qui prædium. 13.

Dominium transfertur nō venditione sed traditionē.

l. Si in hoc. 14.

Creditor vendere potest pignus etiam apud debitorem constitutum.

l. Obligatis. 15.

Rei vendicatio competit pignoris emptori legitimo.

l. Vnus. 16.

Iunge hic *l. 1. supra de luitione pignoris.*

l. Rei creditor. 17.

Creditor chirographarius in præiudicium creditoris hypothecarij pignus vendere non potest.

l. Qui à creditore. 18.

Pignus à creditore iure vēditum, debitor non euincit.

l. Si maritus. 19.

Nummis vxoris pignus acquisitum, nō est vxoris.

l. Secundum. 20. & vlt.

Adde ad istum textum Dec. *in l. certi condictio. §. quoniam. 2. colum. ff. si cert. pet. in 3. notab.* An & quæ appelletur iusta conuentio declarat hic D. Goth.

Tit. 29. Debitorem venditionem pignoris impedire nō posse.

l. si sunt. 1.

Debitor venditionem pignoris testamento impedire non potest, Cuiac. *lib. 5. obs. c. 10.*

l. Debitoris. 2.

Denuntiatio debitoris illegitima, pignoris venditionem non impedit.

Tit. 30. Si vendito pignore agatur.

l. Præses. 1.

Debitori in emptorem malæ fidei, restituitur in rem actio.

l. seruos. 2.

Nota istam legem, & l. si vxor, quod quādo creditor vēdit pignus in casibus nō permissis, potest tunc debitor agere contra emptorem rei vendicatione. Cuiac. *libro 7. obser. capite 26. in fi.*

l. si vxor. 3.

Emptor fraudis particeps tenetur in subsidium.

l. Cum contra. 4.

Cuiac. *lib. 14. obs. c. 28.*

l. si creditore. 5.

Actio de superfluo datur in hæredem vēditoris non emptoris.

Tit. 31. De luitione pignoris.

Varro *li. 4. & 5. de lingua latina,* Fest. in voce *Reluere.*

l. Qui pro parte. 1.

Vide *l. 16. supra de distractione pignorum.*
* Antonius Faber. *lib. 7. coniecturarum c. 18.*

l. Intellgere. 2.

Nota quod hypothecaria extincta remanet personalis, & sic accessorio sublato remanet principale contra regulam *l. cū prin. ff. de reg. iur. c. si super, extr. de off. deleg. in 6* Adde quòd hypothecaria potest etiā cedi absque personali secundū Bar. *in l fideiussor obligari. D. de fideiuss.* solutionem huius obiecti videtur dare Alex. *in l. §. quam peti col. de acquir. poss.* Cuiac. *lib. 5. obs. cap. 32 & lib. 15 obs. cap. 23.* Facit hic l. 30. §. 1. D. *ad l. Aquil.*

l. si reddita. 3. & vlt.

Nota hic quod res insolutum dari potest.

Titul. 32. si vnus ex pluribus hæredibus creditoris vel debitoris partem suam debiti soluerit vel acceperit.

* Facit hic *li. 16. sup. de distract. pign. & l. 1. inf. de except.*

l. Manifesti. 1.

Aduerte quod Rubrica ista ponit effectum si per vnū ex debitoribus est soluta pars vel è contra, vnus ex creditoribus exigit partem,

ſuã,non vetatur alius creditor pro parte ſua, in ſolidum ad pignus quia nunquam liberatur pignus,l.*quandiu,in fin.de vend.pig.*perſonalis actio dicitur diuidua,pignoraticia verò ſeu hypothecaria eſt indiuidua.

l. Actio.2.& vlt.

Per hunc textum ego dicebam,quod licet heres pro parte ſoluens totum debitum poſſit repetere, quod vltra portionẽ ſoluit,pro qua eſt heres, l.*ex parte,D.de ſolut.*Limitabã ego iſtum textum non procedere in debito hypothecario,quia per ſe in ſolidum poterat vnus ex heredibus conueniri,Ergò quatenus poſtea ſoluit , non repetit per hunc textum quod puto veriſſimum. Pignus non perſonam ſed rem ſequitur.

Titul. 33. Si pignoris conuentionem numeratio pecuniæ ſecuta non fuerit.

Adde hic Titulum de non numerata pecunia.

l.Si pecuniam.1.

An & quæ ſit exceptio dati pignoris vide hic D.Goth.

l.si vt nunc.2.& vlt.

Inanis hypotheca eſt pecunia non numerata.

Tit.34.De iure dominij impetrando.

Molynæus *d.*§.52.Gloſſa 1.*numero* 114 Briſſ. *libro* 2.*ſelect*.c.9. Ræuard.*de Author.* prud c.5. Hic autem Titulus non obſeruatur in Gallia, vt notat Rebuf. *in proœm.conſt.gloſſa* 5.*nu.* 103.

l.Dominij.1.

Paul.*libro* 2.*ſentent. Tit.*13.§.5. Plinius *libro* 7.*epiſtolar.*11.

l. si creditor.2.

De hac lege vide plenè per Barb.*in c.cùm acceſſiſſent* , *numero* 18.*de conſt.fol.*41. *& in c.in noſtra de reſcript. numero* 95.*vel* 99.*folio* 214.Et vide omninò Gozad.*conſil.*23. *per totum*,Nota hic quod priuilegium vnico actu perditur,vt c.*pro illuſtrum de prabend.*

¶Adde legem 2.vide Rip. *libro* 2.*reſponſ.*c. 25.*numero* 20.*& libro* 2.c.19. *numero* 24.*de reſcript.*Limitat Iaſon.*in* l.*finali,in fin.de conſtit. per pec.*

¶ *Verſ. & poſtquam hoc*, vide Capell.*deciſ.* 202.*numero* 6.*&* 7.*in eadem* l.*in verſ.ſed ſi quidem.*Adde Alexand.*in* l.*à diuo Pio,*§.*ſi pignora, in princip.*3.*columna de re iudicata,* Dominio impetrato renunciat qui vſuras à debitore recipit,l.45.*de pact.*

l.Vetuſtiſſimum.3. & vlt.

Plin.*lib.*7.*epiſtol.*c.11.

§. sancimus.1.

Paul.2.*ſent.Tit.*13.§.5.

§.sin vero.2.

Facit l.3.*ſupra de execut.rei iud.*

§.sin autem.3.

De luitione pignoris,Gloſſa hic.

§.sed ſi quidem.4.

Si minus in debito,plus in pignore.

§. sin vero.5.

De iuramento creditori delato , vide §.3. *ſupra eodem.*

§.Æſtimationem.6.

Iudex æſtimationem pignoris definit.

Tit.35.De pactis pignorum, & de lege commiſſoria in pignoribus reſcindenda.

Paul.*lib.*2.*ſen.Tit.*13.Iſidor.5.*Etymol.*Cicero *pro Flacco.*

l.Qui pactus.1.

Pactum legis commiſſoriæ, pignoribus alienum.

l.Si fundi.2.

Ceſſante cauſa propter quam pignus datum eſt,pignus reddi oportet.

l.Quoniam.3.& vlt.

Pactum legis commiſſoriæ reprobatum in pignoribus,etiam habet locum in præteritis & futuris,ſed nũquid tale pactum quod pignus cedat in ſolutum appoſitum ex interuallo valeat,vide Philip.Corn.*conſ.*133.*in lib.*9 .1.*parte.*

¶Ad iſtam Rub.de pactis pig.vide Cepoll. *caut.*23.*&* 24.

¶ Licet pactum legis commiſſoriæ in pignoribus ſit reprobatum , tamen iuramento confirmatur. Ita Guid. Pap. *in* 6.*ſupra* de ratione, vide Abb. *in c.ſignificaſti,colum.*2.*extr. de pignoribus*,vbi ponit rationem quæ in pactum legis commiſſoriæ non valet in pignore.

¶ Pro.

¶Pro intellectu huius legis, vide Bart. *in l. creditores, in fin. in 3 col. supra de pig.* Afflict. *decis. 368. in 1. dubio.*

¶Pactum legis commissoriæ est reprobatum in pignoribus, & habet locum hæc lex in præteritis & futuris. Adde Guid. Pap. *q. 6.* Tiraq. *de vtro retract. tit. 2. in præfat. num. 7. & in fi. num.* 118. Bauer. *in tract. de vir. iuram. numer.* 14. Gozad. *cons. 61. num. 7* Cepoll. *caut.* 23. Castr. & Alexand. *ad l. item quia, §. idem Iul. ff. de pact.* Captiosa autem lex commissoria in pignoribus, vt optimè notat hic Doct. Gothofr.

Tit. 36. De exceptionibus seu præscriptionibus.

Nota hic idem esse præscriptionem, & exceptionem.

l. Debitores. 1.

Quod vnus hæredum soluit testatoris mandato, à cohæredibus eo nomine exigi non potest.

l. Proportione. 2.

Pactum fraudulentum exceptionem non parit.

l. Aduersus. 3.

Cuiac. *lib. 3. obs. cap. 17. l. Seia, ff. de donation. caus. mort.*

*Anton Faber. *lib. 14. coniect. c. 9.*

l. Cum nondum. 4.

Diuturnus iudicij tractus, peremptorium non excludit, sed exceptio rei iudicatæ.

l. Licet. 5.

Quæ annua sunt ad agendũ perpetua sunt ad excipiendum.

l. si pactum. 6.

Actio de dolo dicitur esse temporalis & perpetua.

l. si ex maiore. 7.

Replicatio non solutæ pecuniæ aduersus pactum de non petendo nimis generalis.

l. Præscriptionem. 8.

Exceptio peremptoria ante litis contestationem proponi non potest ad impediẽdum, nec probari *d. l. præscriptionem. & l. peremptorias, C. sentent. rescind. non posse. & cap. 1. de litis contest. in 6.* Quod fallit in omnibus casibus, vt per Doct. *in cap. 1. extr. de ord. cog.* sed vide quatuor fallentias Soz. *in reg. 168. incip.* Exceptio peremptoria. *§. 9. Inst. de exceptionib. l. 3. D. de except.*

l. si quidem. 9.

Declaratoria seu dilatoria ante litis cõtestationem est apponenda, & probanda si sit causa, in qua lis contestanda, vel ante actũ, qui sequi solet post litis contestationem. *in d. l. siquidem. & l. exceptiones. D. de probationib. & in c. communiter. de except. & in c. inter Monasterium. ex. de iudiciis.* sed vide quatuor fallentias vel limitationes positas per Soz. *in reg. 167. incip. exceptio declaratoria.*

¶In eadem lege in Gloss. *si quidem ibi, sed contra videtur.* Adde Iason. *in §. Item si quis, in 4. colum. instit. de actionibus,* vbi refert Bald. dixisse illud alibi in iure non haberi, quod nota vt confitearis & cautè respondeas. Et vide Angel. *in tract. malef. in vers. comparet inquisisti, in partem negant, & in partem confitentur, circa princ.* continuo autem non fatetur qui excipit.

l. Non exceptionibus. 10.

Actor non excipit sed reus.

l. Deffensiones. 11.

Cuiac. *lib. 15. obs. cap. 35.* An bonorum ademptio debitorem liberet, an fideiussorem eius, vide Cuiac. sup. dicto loco.

l. si quis aduocatus. 12.

Dilatoria exceptio an & quando apponẽda sit Cuiac. *lib. 16. obs. c. 34.*

l. Præscriptiones. 13. & vlt.

Limita hunc textum non procedere quãdo exceptio dilatoria, ante litis contestationem omissa, est orta post litis contestationem, tunc etiam poterit opponi post. ita limitat hunc textum Abb. *in c. insinuationem, col. fi. de off. delegat.* vbi dicit idem esse, si tempore litis contestatæ, mihi non erat nota illa exceptio, sed posta superuenerit. Facit hic Nouella 53. quam vide.

Tit. 37. De litigiosis.

Ad hunc titulum per totum, dum habetur quòd res litigiosa vendi non potest, nec alienari. vide Cœpol. *caut. 192.* Guid. Pap. *q. 337.* Adde quòd res litigiosa non venit in generali obligrtione, cum in specie non possit obligari, Rip. *ad l. obligatione. num. 56. de pig.* De exceptione litigiosi, vide Oldend. *c. 20. de exception.* Hodie in Gallia res litigiosa vendi potest.

l. Cum creditor. 1.

Prohibitio debitoris rem litigiosam non facit.

Auth. Litigiosa.

Couar. *pract. quæst. cap. 15.* Quid autem fiet res litigiosa, optimè declarat hæc authentica, quam ad hoc nota.

l. Lite. 2.

Alienatio facta pendente lite rem vitio litigiosi afficit.

l. Quicunque. 3.

An re litigiosa legata debeatur æstimatio, vide hic D. Gothof.

l. Censemus. 4.

Pro limitatione huius textus vide Ioan de Arno. *in sua epitome.* Et de materia huius legis vide omninò *decis. Delphin.* 337. Vbi plenissimè de hac lege & aliqua etiam per Capel. *decis.* 428.

§. Sin autem. 1.

An donatio sit contractus, vide hic D. Gothofred.

Auth. Nunc si heres.

Lex præcedens restringitur per hanc Nouellam.

Titulus 38. De contrahenda & committenda stipulatione.

Huic Titulo respondet *Tit. D. de verbor. oblig.*

l. Licet, quæ est. 1.

Adde Duaren. *lib.* 1. *disput. c.* 45. *&* Gloss. & Docto. hic, & ad Rub. *D. de verb. oblig.* super verbo, promitto, intelligunt fuisse scriptum in scriptura priuata verbum promisi, & ideò importare stipulationem, tu dic hic, vel fuisse verbum cauere, vt patet ibi *cauebatur,* quod verbum stipulationē importat, l. *sancimus, cum Gloss.* C. *de verb. signif* Gloss. *ad* l. *huiusmodi, in princip. D. de leg* 1. vel fuisse verbum *spopondi,* quod magis importat stipulationem, l. *sponsio, D. de verbor. signif. & l. sciendum,* §. *dictum. ff. de ædil. edict. ibi* sponsionem, *cum Glo.* & primum intellectum probat textus *in l. Titia,* §. *idem, et l.* 2. D. *de verb. oblig.* ibi præstaturum cauent, nam intelligendum est quòd fuerint verba de præterito, aliàs de præsenti esset, quòd stipulatio fieret per epistolam contra leges omnes, l. 1. *vbi* Doctor. *D. de verb. oblig.* Salyc. *hic.* Ad hunc textum adde Bald. *consil* 554. *lib.* 3.

¶Molin. *ad Rub. D. de verb. oblig* 19. *num.* 34. Facit §. 16. *Inst. de inutil. stipul.*

l. Si filiæ tuæ. 2.

Pater filio in potestate posito stipulando videtur sibi stipulari.

l. Si cum pecuniam. 3.

Alteri nemo stipulatur, *l.* 38. §. 17. *Digest. hoc tit.*

l. Secundum. 4.

Coniunge hic §. 14. *Inst. de inutil. stipul.*

l. Nuda. 5.

Pactum nudum principale non vestitur stipulatione pœnali accessoria, vt hic & *sup. in Gl in* l. *petens de pact,* ibi Bart. *in* 3. *colum. in verb. quæro vtrum.* Hotom *illust. qu* 14. Cuiac. *lib.* 15. *obser* c. 22. * & ad l 6. *ff. de pact.*

l. Scire debuisti. 6.

Cuiac. *lib.* 1 ; . *obs. cap* 32.

l. Neque tutoris. 7.

Cuiac. *lib.* 19. *obs. c.* 33. Vlpian. *Tit.* 11. §. 27.

l. Non moriturum. 8.

An metus mortis stipulationem vitiet, vide hic D. Goth.

l. Si quidem. 9.

Verba solemnia & directa, quæ dicantur, vide § 1. *Inst. h. t.*

l. Omnes stipulationes. 10.

Facit hic §. 15 *Institut. de inutilibus stipulationibus.*

l. scrupulosam. 11.

Coniunge hic l. *vnic. supra vt actio ab hered. & in heredit.*

l. Magnam. 12.

Quoniam in ista lege habetur quod dies interpellat. Amplia vt per Alexandrum *in l. si ita stipulatus essem, in* 1. *notabili de verb. oblig.* Et an euentus conditionis constituat quem in mora Glossa & Bartolus *in l. euictis, ff. de vsuris,* Bald. *in* l. *sed si ex stipulat. ff. de verborum obligat.* Bart. *in l. quotiens in diem.* D. *de verborum obligation.*

¶ Ad illam legem ad idem propositum ad quod eam notauit author, vide Socinum, *regul.* 90. & Iason. *in* l. *si ex legati, columna* 4. *cum seq. de verborum obligation.* Decius *in* l. *vnum. in* 3. *notabili,* 1 *numero* 9. *& in consil.* 2. *columna* 3 *& consi.* 145. *colum.* 5. Purpurat. *in d. l. vnum,* Afflict. *decis.* 316. *in* § *pium autem, numer.* 27. *de actionibus.*

¶Limita vt per Socinum *reg.* 123. *incip. dies.* Item limita non procedere quādo dies apponitur iudici vt aliquid faciat, vt si dicatur statutum, vt priores debeāt permittere causam, infra tres dies, sub pœna est necesse iudicem interpellare à patrone dies interpellat. Angel. *consi.* 138. *incip. quædam Matthæus,* vide Felinum *in capite si autem,* 3. *col. de rescript.* Et idem est si pars promisit, cum appositione diei, id quod pertinet quodāmodo præparatorium ad actum iudicis, vt si promisi præstare

stare aliquid iudici, intra certũ tempus acquiritur interpellatio, secundum Felynum ibidem allegat Paulus, *consil. 166. incip. videtur, quòd dictus Ioannes Pagalias*, *numer.* 100. Et vide omninò Philippum Decium, *consilio* 2. Ias. *in* l. *vniuersa. 2. columna, vers.* 10. facit supra *de prabend. Imperat. officio, in d. l. si ex legati, vers. vltimo.*

¶Item limita dictam legem vt per Felynum, *in capite licet, extra de Simonia*, & omninò Iason *in d. l. si ex legati causa.*

¶ Ad istam legem, vide ampliationes positas per Iason. *in* l. *verum, ff si certum petatur, & per* Baldum *in Authentica si quis in aliquo, C. de edendo*, vbi multa etiam, an per instrumentum dotale probetur matrimonium fuisse contractum, Decius *cons.* 35.

¶Ad eandem legem. Interpellatio hominis non est necessaria, vbi dies appositus est, cùm dies interpellet pro homine, & quando vrgeat hæc regula istius legis, vide Hyppol. *in titulo de quæstionib. in* §. *cognituram, numero* 22.

¶Amplia istum textum per Bartolum *in* l. *stipulatus sum. ff. de verborum oblig.* vbi, quòd si promittis dare centum in paschate, & ab inde antea ad Titij voluntatem, absque alia interpellatione interueniente de paschali constitueris in mora, quia dies paschalis interpellat, quod nota. Et limitatur hæc lex. Quotiescunque solutio alicuius rei erat extra territorium actoris & rei, puta in die paschali, quoniam ad hoc, vt reus dicatur in mora constitutus per lapsum diei, oportet vt actor probet, quod in die destinatæ solutionis fuerit illo loco paratus accipere solutionem. Ita Bart. *in l. item illa, in* 3. *col. numer.* 11. *de constit. pec. & est decis.* S. Rom. *consil* 316. Et sic nota, quòd in futurum quis possit in mora constitui, nisi per interpellationem, ac si non esset appositus dies vt ibi Bart. quem vide Robert. *lib. 3 sent. iur. cap.* 17. Sarmien. *lib. 3. select. c.* 5.

¶Dies interpellat pro homine. Amplia & declara, vt per Iason. & *Dec. ad l. vinum. num.* 9. & 10 *ff si cert. pet. vbi* Ant. Rub. *numer.* 100. cum sequent. Iason. *ad l. si ex legati causa. numer.* 11. *cum sequent. ff. de verb. obligat. & ad l. si mihi & tibi*, §. *si quis seruos numer 6. de leg.* 1. Dec. *cons 2. & consi.* 439. *num.* 6. Paris *consil.* 34. 1. *vol.* & quod dies legalis tacitus incertus nunquam constituat in mora promissorem, nisi sit interpellatus. in not. quæst. idem Paris *consi 5 num.* 49. *lib.* 4. Add. Bald. *decis.* 197. Soc. *in reg. 90. in verb. dies.* Iacob. de Nigr. *ad l. si insulam. num.* 108 *ff. de verb. oblig.* vbi Anib. de can *num.* 88. nouissimè in materia dictæ legis. Porti. *lib. 4. conclus.* 23. vbi ampliat & limitat Cacher. *decis. 49. num.* 3. Et vltimo dic termini, vt habeatur pro citatione testibus examinandis. Afflict. *decis. 47. in fi.* In pensionibus reseruatis super beneficio soluendis certis temporibus, & locis, quod dies interpellat pro homine. Cassad *super Reg. Cancell. decis. 2. de pension. num.* 9. Cuiac. *lib. 19. obs. c* 32. *& sequen.*

l. Veteris. 13.

Certiorari non debet qui non ignorauit. l. *in fine, de act. empt.*

l. Optimam. 14.

Ad declarationem huius legis vide quòd licet verba enuntiatiua inter partes probent, id quod enuntiatur, hoc est, verum quatenus est necesse pro validitate actus, super quo enuntiatur, sed ad alium finem non, vide Aret. *in l. si cert. annis. vltim. columm. sup. de pactis.*

¶ In eadem lege statur instrumento, donec & quo vsque cõtrarium per scripturam vel saltem per testes vndecunque idoneos, & omni exceptione maiores ostensum fuerit, vt hic, *& in l. cum precibus, supra de probat. & in l. testium. sup. de testibus.*

¶In Glos. in verb. *& melius.* per istã Glos. dicit Bald. quod si testis deponat eo, quod scriptura fuit facta, & partes fuisse absentes, certè talis dispositio in contrarium probat, quia potest, fieri quod vna hora istius diei fuerint simul, & alia separati. Et propterea testes deberent dicere, quod semper illo die fuerint absentes, per textum *in cap. ex tenore.* & ibi Felyn. *de testibus.* idem *in c. tertio loco. de probat.* & Dec. *cons.* 175. 3. *col. in fi. & in* 6. *col.* Limita hoc non procedere quando data dies afferret modicum præiudicium, vt puta quia questio non esset sup. die, qui tunc potest corrigere & mutare diem.

¶Ad §. *cum itaque satis ibi vel mulieres*, vbi naturalis pudor & verecundia, tanquam quid proprium, mulieribus assignatur, vide Tiraquel. *in leg. com p. 9. num.* 152.

¶Adde Afflict. *decis 83. in causa, num.* 1. Alexand. *cons.* 21. *vol.* 1. vbi de his verbis enuntiatiuis, Dec. *cons. 36. num.* 6. Bart. *cons. 94. num. 1. lib.* 1. Mathes *not.* 79. Alex. *cons. 139. num. 20. de edend. & ibi* Dec. *num.* 34. Ias. *ad Rubricam instit. de act.* Bart. & doct. *ad l. sciendum. ff. de verbor. oblig.* Crauet. *in tract. de antiq. temp. prima par. sect. viso de verbis. num.* 9. *&* 11. Alber. *in tract. de testib. prima par. sub. quando testes repel. ratione criminis vel infam. numer.* 6. Iacob. Menoch. *in tract. de arbitr. iud. lib. 2. cas.* 305. *n.* 38. Nota autem hic præsumi quemlibet ex eã esse ciuitate in quã reperitur Alciat. *lib. 2. præsump. cap.* 15.

l. si quis spoponderit. 15. & vltima.

Promissio faciendi cum quis moreretur vtilis est.

* Cuiac. *obser. lib.* 18. *c.* 1.

Tit. 39. De inutilibus stipulationibus.

Vide eundem Titulum in Instit. libro 3. Tit. 20.

l. Ex stipulatione. 1.

Vide l. 101. D. *de verb. obligat.*

l. Libera. 2.

Quomodo hoc intelligatur, vide decis. S. L. *c.* 250. *vel* 310. *vel inter absentes*, vide Hypp. *sing* 368. & Ias. *cons.* 402. *vol.* 1. Nota autem hic quod libera matrimonia esse oportet.

l. Vt inter. 3.

Paul. *lib.* 5. *sent.* §. 2. *facit* §. 19. *Inst. eod. h. t.*

l. Ex eo. 4.

Cuiac. *libro* 10. *obseru. cap.* 39. stipulatio cõtra bonos mores est inutilis. l. 6. *sup. de pact.*

l. Dolo vel. 5.

Coniunge hic l. 9. *supr. de contrah. & comm. stipul.*

l. si auia. 6. & vlt.

Facit hic §. 1. *Instit. de exceptionib.*

Tit. 40. De duobus reis stipulandi & promittendi.

Vide *l.* 38. §. 12. D. *de verb. oblig.*

l. si duo. 1.

Cuiac. *lib.* 5. *obser. c.* 35. vbi monet hanc legem delendam.

l. Creditor. 2.

Habens duos reos vel plures obligatos in solidum, pro vno debito, potest conuenire quem vult pro toto debito. Hoc tamen limita & restringe quod tali casu non poterit vnus compelli, nisi primo & alij fuerint inquisiti & interpellati, & fuerint in mora. Ita Marsil. *sing.* 478. quod tene menti & correo soluendi datur regressus in correum.

*Vide Ant. Fabr. *lib.* 11. *coniect. c.* 6. *&* 17.

l. Exprimere. 3.

Rescripto ius litigantium adimi non potest.

l. Propter. 4.

Vide *l.* 6. *sup. de non numer. pecun.*

l. Cum quidem. 5. & vlt.

Agnitio vnius correorum alteri correo nocet.

Titulus 41. De fideiussoribus & mandatoribus.

Ad Rubricam.

Adde quod fideiussores debent esse de eodem foro, & ibi possidere immobilia, *l. sciendum*, §. *fin. & ibi not. qui satis cog. & Authent. de exhibendis reis*, §. *suscepto, &* C. *de priuileg. agenti in rebus, l. fi. lib.* 12. & an stetur iuratoriæ cautioni si non inuenit fideiussoriam. Barb. post. Bald. *in c. coram, num.* 50 *de off. deleg.* Et fideiussor idoneus vt dicatur debet possidere mobilia & immobilia vel stabilia. vide Parid. de Puteo. *in tract. Sindic. fol.* 50. *num.* 9. Vbi dicitur, quod Idoneus est, si res suæ tãtum valent, quoniam est quantitatis quod tantum non procedit in eo qui conuenitur, qui tenet fideiubere de Iudicio sisti, quia sufficit quod possideat bona stabilia sed non tanta, & vide Bald. *in cons.* 362. *casus talis est, vol* 1. vbi an mater possit fideiubere pro filio & nota. Quia est pulchrum consilium in ista materia. Hac de re vide *Nouel.* 4.

l. si Lysias. 1.

Cuiac. *lib* 15. *obser. c.* 35. vbi quid exulandi verbo denotetur optime explicat.

l. Creditori. 2.

Creditor non solum tenetur cedere actionem realem vt hic mãdatori & fideiussori, sed etiam personalem contra principalem, *vt in l. Stichum.* §. *pe ff. de solut.* Ad intellectum istius legis vide laté Dec. *consil.* 104. Licet autem creditori habenti pignora agere aduersus fideiussorem.

l. Non rectè. 3.

In glos fin. fallit etiam vt per gloss. *in d.* §. *si plures, Instit. de fideiuss.* in verb. *partes*, & de hac materia, vide Hypp. *singul* 2. & Pau. *in l. sed Iulianus.* D. *ad Maced.* vbi quando quis constituit se principalem debitorem, an habeat beneficium discussionis, de quo vide Francisc. Curt *cons.* 6. Et Guid. Pap q. 570. ibi & quid sit fideiussor.

Auth. Præsente.

¶Ista Auth. habet locum etiã in fideiussore Indemnitatis vide *decis.* 502 *cons.* 318.

¶Et si contra principalẽ est facta excussio, qui inuentus est non soluẽdo propter quod recurritur ad fideiussorem, & fideiussor dicit post discussionẽ bona superuenisse, principali iterum debet fieri excussio. Bald. & Paul. *in l. fin.* D. *si cert. pet.* Hypp. *sing.* 142.

¶An dispositio d. Auth. habeat locum in criminalibus. Bart. *in l. si quis remu. ff. de cust. reorum.* & quid in fideiussore iudicio sisti. Alex. *in l.* 2. §. 1. D. *qui satis cog.*

¶In

¶ In ista materia adde pulchram limitationem positã in Apostil.c.22.*ex*. *de fide instr.* & an huiusmodi exceptio sit dilatoria vel peremptoria. Bart. *in* l.3. D. *de except.* Aret. *in* §. *Appellantur. Institut. de except.* Adde etiam aliquas limitationes, ad d. Auth. per Bart. *in Apostill. ibi in* l. *Marcellus. vlt. column.* D. *de fideiuss.*

¶ Ista Auth. an habeat locum quando fideiussor iurauit, vide *in tract. de iureiur.*

¶ Executio sententiæ regulariter est facienda prius, cõtra principalem debitorem, antequam deueniatur ad fideiussorem vel possessorem *d. Auth. præsentia. & Auth. si debitor. sup. de pignorib.* sed vide duodecim fallentias positas per Soz. *in reg.17. incip. excussio.*

¶ Primò debet excuti principalis, quò non reperto soluendo, deueniendum est ad fideiussorem.

¶ Pro limitatione etiã vide Ias. & ibi Ang. Aret *in* §. *item si quis. Inst. de action. & decis.* S. R. c.318. & Alex. *in* l. *fin. ff. si certum pet.*

¶ Pro limitatione istius Auth. Mars. *in Rub. ff. eo. & in* 2. *&* 3. *&* 4. *col.* & nõ solùm tenetur agere creditor contra primum principalem debitorem actione personali, & ex mutuo, & ex quouis alio contractu, sed etiam actione reali, vt per Bart. *sup. de edendo. in* l. *edita. in* 7. *col. in vers. ego autem istud contrarium.*

¶ Et ad materiam istius Auth. Vide omninò decis.80. *cum seq.* Et de actione hypothecaria. vide plenè Guid. Pap. *q.*432.

¶ Quando habeat locum, h. auth. quando non, vide plenè. *decis. Capell. Tholos.* 196. & ibi Glossatorem, & vide omnia quia ibi ponit nonnullas fallentias, quid in fideiussore fisci an possit allegare discussionem principalis, si prius iste fideiussor conuenitur. Vide Ro. *sing.* 636. vbi post multa tenet, quòd vtique talis fideiussor, potest talem opponere exceptionem, vbi Berb. *in c. peruenit. col* 3. *extr. de fideiuss.* sed contrariũ tenet Bal. *in* l 1. *in* 5. *col.* C. *de confiss lib.* 10. quem refert Alex. *in* l. *fi.* D. *si cert. pet.* sed Ias. *in* l. *de causa. num.* 32. *de verb. oblig.* sequitur opinionem Rom. *cons.* 93. *vel* 95. *num.* 1. *&* 20. *& cons.* 377. & de materia huius Auth. vide Hypp. *sing.* 142. *vel* 141.

¶ An iuramentum tollat exceptionem excussionis, *vide decis.* Capell. Tholoss. 130. *& ibi Glossatorem.*

¶ Si fideiussor conuenitur antequam principali, & non opponat in iudicio exceptionem ordinis, an possit ipse cõdemnari Bart. *in* l. *prolatam.* C *de sent & ita in decis.* Delph. 94. *&* 221.

¶ Excussio non potest opponi, si in instrumento est appositum. Alex. *consilio* 83. *numer.* 2. *vol.* 2. Hipp. *sing.* 153. *vel* 158.

¶ Excussione opposita in causa principali, non potest opponi in causa appellationis, Alex. *cons* 73. *num.* 2. *vol.* 6.

¶ Et de materia excussionis, & in quibus non est facienda vide Iacob. *in l. Ante omnia, ff. de probat.* Et hæc exceptio non potest opponi post sententiam latam Bald. *consilio* 136. *numero* 1. *vol.* 1.

¶ Et licet fideiussores habeant per huiusmodi Auth. beneficium excussionis, tamen hoc beneficium non habet locum, in campsoribus & mercatoribus, qui si pro aliis fideiubent possunt conueniri, ante principalem debitorem discussum, & non possunt opponere beneficium excussionis cum propter magnam fidem, quam ex pub. habent ad eas recurrãtur. ita dic, *Gloss. sing. quam signa in* §. *argentariorum, qui est* §. *fin. in Authent.* de fideiussoribus, & hoc tenet Iaso. *in l. singularia col.* 14. *si cert. pet.*

¶ Et quando possit apponi huiusmodi exceptio excussionis iud. Mars. *in rep. Rubrica, ff. eo. numero* 44.

¶ In text. ibi absente à reo quando autem dicitur absens, vide Dec. *in l. final. columna* 4. *si certum petatur.* vbi etiam subdit: quod non potest agi contra fideiussorem non facta excussione bonorum qui in loco vicino sunt.

¶ Prius debet conueniri principalis, & postea fideiussor, vide in materia Socin. *reg.* 134. *excussio*, Ias. *ad* §. *item si quis, num.* 67. *& qua ibi ad eum Inst. de actio* limita vt per Cart. & Ias. *ad l. decem, nu* 27. *D. de verb. obl.* Ias. *ad l.* 2. *num.* 20. D. *sol. matr.* Rip. *ad l. obligatione, nu.* 26. D. *de pignor.* vbi dicit, posse renunciari beneficio huius Aut. Guid. Papæ *decis.* 570. 94 26. *&* 432. Bal. Pau Cast. & Dec. *ad l. si. col.* 1. *&* 2. *prima lec.* D. *si cert. pet.* Afflict. *deci.* 318. vbi de fideiussore indemnitatis, Mars. *sing.* 230. Bar. ad *l. non iniusta*, C. *de iure fisci, lib.* 10. Et quid de fideiussore qui promisit soluere liberè sine aliqua exceptione. An videatur renũciasse beneficio huius Auth. Mars *sing.* 332. & de fideiussore qui protestatur coram iudice, se nolle esse obligatum pro tali, etiã quòd fideiubeat, An valeat talis protestatio, Gerar. *sing.* 52. vide alias notabiles limitationes quas ponit Dec. *consil.* 27. *a. fin.* In materia Tiraq. *in præfat. ad l si vnquam, nu* 152. C. *de reuoc. don.* Ferret. *con* 129. *& seq.* Ripa. *ad l. ita stipulatus, nu.* 51. *de verb. obliga.* Rom. *cons.* 21. laté Porti *lib.* 1. *conclu.* 14. vbi ponit 25. ampliationes & 45 limitationes. Quid in patre promittente, quouis modo pro filio, quod nõ possit gaudere beneficio huius Aut. de communi, Viui. *lib.* 1. *com. opi. in verbo, Pater interueniens.*

¶ Excommunicatus regulariter testari potest, vide Soc. *reg.* 133. *excommunicatus*, Inn. *ad*

c. *veritatis, de dolo & contu.* Bald. *ad* l. 1. *nu.* 1. *& seq. C. de tur. & fact. ign.* Bar. *conf.* 238. *incip. existens*, Petrus Bald. *ad l. fin. C. si à non compet. iud. & ad l. 3. si pend. appell. per* Innoc. *ad cap. cum voluntate, de sent. excom.* in mat. Feder. de Senis, *consilio* 74.

¶ Quid in meretrice, Bald. *ad* l. 1. *nu.* 4. *c. de cond. ob turp. caus.*

¶ Quid in Tyranno, non potest secundùm Bald. *ad* l. *decernimus*, *in fi. numero* 13. *de sacros. eccles.*

¶ Quid in incarcerato ad perpetuos carceres, Bal *ad* l. 1. c. *qui ad libert. perue. non pos.* Imò expressè *ad* l. *si quis mihi bona*, §. 1. *de acq. hære.* vide §. 4. *Inst. hoc eodem titulo*, *& l.* 59. §. 3. *D. mandati.*

l. Nouatione. 4.

Nouata res obligatione fideiussor liberatur.

l. iure nostro. 5.

Cóueniri potest inter partes, vt prius reus conueniatur quàm principalis.

l. Si pater. 6.

Cuiacius ad l. 126. §. 2. *D. de verb. obliga.* l. 14. *supra si cert. pet.*

l. si creditor. 7.

Conditioni mandato adscriptæ parédum est, *l.* 44. D. *hoc tit.*

l. Filiusfamiliàs. 8.

Filiusfamilias an pro patre fideiubere possit, vide l. 10. §. 1. *D. eod.*

l. Etiamsi. 9.

Persecutio pignoris non liberat fideiussorem, l. 3. §. 4. *D. de pignor.*

l. Fideiussor. 10.

De beneficio diuisionis, vide *Nou.* 99. *&* l. 1. *supra de diuidenda tutela.*

l. cum alter. 11.

Fideiussor soluens cessis actionibus, agit aduersus confideiussorem.

*Antonius Faber *libro* 11. *Coniecturarum, capite* 9.

l. Blanditus. 12.

Fideiussor obligatur per stipulationem, declara vt per Alciat. *Parerg. libro* 1. *c.* 3. Albert. *in* 1. *part. Statutorum, q.* 201. Et Matth. *in c.* 1. *quæ sunt regal. folio* 206. *numero* 194. *cons.* 1. *col.* 4. Ias *ad l.* 1. *numero* 7. *ff. de verb. oblig.*

¶ Et ad istam legem, vide Afflict. *decis.* 30. & Alexandrum *in Rubric. de verborum obligatio.* *in* 1. *columna*, & Iason: *in* §. *in personam*, *Instit. de actionibus*, & Hyppol. *in repetition. Rubrica, ff. eodem, columna* 18. *numero* 92.

¶ Et pro limitatione istius text. vide l. *cùm ostendimus*, §. *fin. D. de fideiusso.* & Dec. *in l. si. col.* 1. *D. si cert. pet.* Alciat. *lib.* 3. *parerg. c.* 5. Cuiacius *libro* 5. *obser. cap.* 48. Bald. *ad cap.* 1. *col.* 2. *de pactis*, & ibi Felin. *col. fin.* Ias. *ad* §. *sciendum, colum.* 3. *de verborum obligat.* Cotta *in memorabilibus, in verbo fideiusser.*

¶ Ad Gloss. hic fin. quod mens magis quàm verba spectetur, adde Tiraquell. *ad* l. *si vnquam, in verf. libertus, numero* 42. *Cod. de reuoc. donat. & num.* 4. *cum sequen.* Cuiacius *libro* 14. *obs. cap.* 40.

l. Si Barsatoram. 13.

Inuentus non dicitur qui non fuit apprehensus. Doct. *hic, & ad* l. 1. vbi Ias. *nu.* 87. Rip. *numero* 52. *& seq.* Ponta. *numero* 69. Soc. Iun. *numero* 409. D. *de acq. poss. & ad l.* 3. §. *Neratius, eodem tit.* Rip. *in tract. de peste, sub titu. de remed. ad conser.* Vbert. *numero* 104. *in fine.* Menoch. *in tract. de arbi. iud. libro* 2. *centur. quarta, cas.* 394. *numero* 50. Vbi inferunt ad q. si statutum diceret, si quis inuentus fuerit cum armis. An sufficiat quod fuerit visus, non tamen deprehensus, & similia, Ang. *ad l. qui serum, de verb. obliga.* Aret. *in tracta. malefic. in verbo fama publica*, *versic. sed aduertendum.* Nouissime Iul. Clar. *libro* 1. *senten.* 3. *fi. q.* 82. *versic. statutum* 6. An & quando dicatur quis deprehensus cum armis. Ias. Rip. *& alij ad d. l.* 1. Quid si non fuit quis captus manibus, sed ense percussus, an captus dicatur & deprehensus, Alex. *cons.* 24. *vol.* 2. *numero* 29. *& seq.* Quid si verbum *Deprehensus* referatur ad maleficium commissum? dic quòd tunc debet intelligi per probationes legitimas, vel confessiones. Sed si refertur ad maleficium nódum commissum, vel prout est in fieri, tunc verificatur in actuali apprehensione, vt per Paul. de Cast. *ad l. si fugitiui, in princ. C. de ser. fugit.* Hyppol. *sing.* 395. Tu vero considera in hoc textu quod verbum *Exhibere* non significat capere, & in iudicio sistere, vt Doctores omnes aiút, sed palam facere & manifestare, scilicet, copiam capiendi facere, *l. locum*, §. *Hoc interdictum, de tabul. exhib. l. plus. de verb. sig.* propriè rem exhibere, est extra secretum habere, *l.* 3. §. *ait Prætor, D. de lib. hom. exhib.* Res etiam non dicitur inuenta nisi adprehensa.

l. Mandati. 14.

Mandati actio personalis est, vide *l.* 11. *supra eodem hoc Titulo.*

l. Si indebitam. 15.

Condictio liberationis est incerta, Cuiac. *lib.* 19.

lib.19.obs.c 35.& sequent.

l.Liberum.16.

Contestatione litis tollitur electio, l.59.§.3.D.*eod.*Nouel.4 c.1.

l.Omissis.17.

Fideiussor côueniri potest omissis pignoribus,nisi in subsidium pignoris sint accepti.

l.Si vt proponis.18.

Coniuge hic l 2.& l.8.*suprà de rescindenda venditione.*

l.Si alienam.19.

Contrarium ait *Authentic. præsente supra hoc Titulo.*

l.Sententia.20.

Vide l.1.*suprà hoc Titulo.*

l.Sicut eligendi.21.

Hæc etiam lex correcta est per *Auth. præsente supra hoc Titulo.*

l.Si vltra.22.

Cuiac.*lib.19.obs.c.31.*

l.Reos.23.

Ad istam legem vide Alciat.*li.1.c 8.paradox.*Notat ista lex quod quando sunt plures rei insolidum.Id non potest creditor consequi ab vno,quod potest consequi ab alio. Ita per Aret.*in cons.29.in 7. sub.*vbi extendit istũ textum habere locum,& quando duo rei essẽt obligati ex diuersa causa. Sola autem rei petitio non est diuisio.

l.Fideiussoris.24.

Roland.à Valle *cons.57 num.4.*

l.Pignoribus.25.

Actio de residuo datur etiam in fideiussorem.

l.Sancimus.26.

Fideiussor de præstando potest suscipere defẽsionem.Adde textum & Doct. *in l.si cum in princ. D.si quis caut.*& vide Ias.*in l.2.§.si quis, D.qui satisd.cog.*

¶In ead.l.§.*sin autem,vers.sed si defensionem.* Iste textus vult, quod fideiussor iudicio sisti potest suscipere in se iudicium defendendo reum,sed hoc an habeat locum in fideiussore de præstando,vide per Spec.*in tit.de contumacia,*& an procedat in causa criminali,vide Ias.*in l.si cum in princ. D.si quis caut.* Ad hanc legem,vide Alciat.*parerg.lib.3.c.20.*

¶Et de eadem lege, vide Ias.*in l.fideiussor,§.1.qui satisd.cog.*nota quòd licet promittens sistere in iudicio, non possit purgre moram, nisi intra dies 50.*l.et si post 3.menses*, D.*si quis caut.*aliud vbi quis promisit illum exhibere infra 8.dies,& purgare moram, vel defẽdere eum,& de hoc vide Curt. Innoc.*in l.quis te,n.2.si cert.pet.*vbi ad istam legem ponit ampliationes non procedit etiam in eo, qui promisit aliquem præstare cum iuramento,& procedit etiam in criminalibus.

¶Et adde quod fideiussor de iudicio sisti tenetur,vsque ad sentẽtiam exclusiue, *l.græcè.§.& post litem, D.de fideiusso.*Hoc intellige quãdo actor prosequitur litem,sed si deficiat ac negligat,tũc liberatur spacio duorũ mensium,*l.si fideiussor in fin. eodem.* Et quod promittit aliquem sistere in iudicio,mortuo eo, qui debebat sisti fideiussori,liberatur, quòd, non tenetur præsentare hæredem ipsius pro quo fideiusserat. Instantia tamen transit ad hæredem etiam post mortem côuenti. Paul. *in l.2.§. in fideiussore,sup.qui satis.cog.* vbi multa notanda Et teneas menti, quòd licet fideiussor de præsentando possit suscipere defẽsionem rei principalis,& effugere pœnam & præsentationem,nisi renũciauerit. Bart.*in d.l.2.*Et nõ auditur ille fideiussor si petat,quòd ostendatur, quòd carceratus erat debitor. Hypp.*in sua pract.fol. 17.col.3.* & de hac lege, vide Curt. Iun *in l.quòd te,numer.1.in fin. D.si cer..pet.*vbi ad hãc legem ponit duas ampliationes.Nam procedit hęc lex etiam in criminalibus, & etiã si promisit quis præstare aliquem cum iuramento.

¶In eadem lege §.*fin.* vide Ias.*post alios in l.quod te,in princ.in p.not.si cert.pet. &* Paris.*cõs.116.nu.90 lib.1.*Ad materiam Marantha *in 6.parte 8 memb.nu.5.chart.106.*

¶In ea l.§.*Sed si quidem, vers.nisi pacti tenor.* Nota quòd huic legi potest renunciari. Requiritur tamen expressa renunciatio.Bart.*in l.si quis,in fi. D.de custodia reorum.* [redacted]

¶Paris. *cons.110.lib.1.* amplia etiam in causa crimin. Gaudi.*in tract. suo sub.Rubrica quid si agendum Reo pracedente,*&non contradicente, ad fin.Annib.de Cano.*ad l.si Insulam,nu.64. ff de verb.oblig.*Sylua.*cons.85.num.8.lib.2.* Iaco. Menoch. *in tract. de arbit.iud.lib.2.* idẽ *in tract. de arbitr.iud.lib.1. centu.1. cas.40.nu.3.* Ludo. de Alfer.*cons. 145.nu.15.inter cons. crim.volum.1.*Pedemont.*decis.49. nume.12.* Clarus 5.*sent.§.vltimo quæst. 46.* Cuiacius *libro 19. obseruat. cap.34.*

l.si fideiussor.27.

Nota quòd obligatio fideiussoris soluitur realiter durante obligatione principali,nisi in certis casibus, quibus potest fideiussor instare contra principalem,vt eum liberet à fi-

deiussione, vt hic, & *in* l. *si pro eo contra quem eod. tit.* Et adde quod fideiussor nō potest cōpellere aduersarium ad agendum ad finem liberationis consequendæ notatur, *in c. constitutus, eod. tit.* liberatur tamen fideiussor per lapsum duorum mensium. Et quotiens promisit de sistendo aliquem in iudicio, vt hic, & vide quæ scripsi *in c.* *sancimus, sup. eod.* Et de materia istius legis, vide Abb. *consilio 23. in 1. parte.*

¶In ea l. *in verb. confessus*, vbi Glo. Ibi & nota, adde ad istum textū Cepoll. *caut. vel cons. 57. vol. 1. incip. super querelam*, *in 1. & 2. parte, vlt. vol. col. melius.* Adde ad istam Glos. iuramentum in causa matrimoniali, valet affirmatiuum de ista Glos. facit factum, Bald. reputando eam singularem, *in l. vnica, col. 9. de confessis.* Et Bald. & Angel. *in l. penultima Cod. de fideiussoribus seq.* Ang. Aret. *in tract. malef.* dum limitat. Bald. *in l. 1 circa med. de collu. deleg.*

¶Quid si aliquis habet plures res hypothecatas, an possit vel teneatur omnes cumulare, vel possit hodie agere pro vna, & cras pro altera. & Bald. *in l. cum super in fi. de re iud.* Cuiac. *lib. 13. de præscript. nu. 13.* Nouella 12. *in fine.*

l. Generaliter.

In materia huius legis *iuncta Gloss. fi. & notatis per Docto.* Adde Fel. *ad c. cū M. Ferrarien. n. 6. de constit.* & ibi Rip. *n. 43. & ad l. centurio, num. 80 ff. de vulg.* Dec. *ad l. semper in stipulat. n. 11. c. eam seq ff. de reg. iur.*

¶ Argumentum à solitis validum est in iure. Mars. *sing. 1. in fi.* Ias. *ad l. certi condictio, §. si nummos, ff si cert. pet.* Et in Curia clarum est, quod Notarius conficiens instrumentum, potest in eo apponere clausulas consuetas, etiam si sibi nō sit dictum à partibus, vt latè per Mars. *sing. 123.* vbi ponit tres limitationes ad hanc conclusionem, & quòd clausula cōsueta apponi in celebratione vltimarum voluntatum, si non apparet, habeatur, ac fuisset apposita. Dec. *ad l. vt liberis, num. 14. C. de collat.* Curt. *ad l. precibus, n. 63. c. de impub.* Mar. *d. sing. 123.* Dec. *d. numer. 14. &* Ias. *nu. 7.* Paris. *cons. 45. nu. 40. cum seq. lib. 1.* Ias. *ad l. ex ea parte, nu. 9 ff. de verb. oblig.* Socin. & Doct. *ad l. Gallus, §. idem. ff. de liber. & posthum.*

¶Dicit de solitis clausulis, vide plenissimè *in l. Incerti conditio, §. si nummos. ff. si cert. pet. &* aliqua per Feli. *in c. 1. vt lit. non contestata, in verbo 2. declarat.* & per Dec. *in consilio 70.* Vbi dicit quod etiam ex consuetudine contractus recipit interpretationem.

¶Clausulæ solitæ apponi, si non apponantur, censentur appositæ *d. vers. si enim*, quem textum per hoc not. Baldus *in l. 2. 7. colum. sol.* *matrimonio.* Paulus *2. sentent. Tit. 17. §. vlt.*

l. Si quis 28. & vlt.

Adde ad materiam huius legis, quod à captura rei principalis nō liberari fideiussores. Imò vterque potest capi: & idem è cōtra captura fideiussoris non liceat principalem. Ita Hypp *sing. 398.*

¶Et nota quod per electionem vnius, non præiudicat sibi creditor aduersus alterū, vide Paulum *consilio 391. vol. 2.* in antiquis vbi multa de intellectu huius legis.

¶ Et an sententia contra principalem, habeat paratam executionem contra fideiussorem sine nouo processu, vide Bartolum *in l. 1. ff. iudic. sol.* Et ibi Doct. & Guid. Pap. *q. 26.* & electo vno fidiussore vt cum & lite contestata, non propter hoc erunt liberati alij, nisi in solidum satisfaciat creditori. Idē & dicitur de duobus reis vt hic *& ff. eod. l. si mandato, & sup. eod. l. Reos.*

¶Si creditor liberauerit vnum ex fideiussoribus in solidum obligatum, reseruando sibi ius contra alium fideiussorem similiter in solidum obligatum: An iste fideiussor possit opponere exceptionem reddēdarum actionum, quo contra istum agitur stantibus renuntiationibus cum iuramento, vide Afflict. *decis. 182. in 5. col.* Hæc autem constitutio restituta est à Cuiac. *lib. 19. obs. c. 35.*

Tit. 42. De nouationibus, & delegationibus.

Vide §. 3. *Inst. quibus modis tollitur obligatio.*

l. Delegatio debiti. 1.

Si credēs iura ante aliquid istis tribus quæ hic habentur interueniat in fraudem cessionarij liberauit suum debitorem, cessionarius potest ipsum reuocare, & veterem obligationē, vt refert & tenet Aret. *in §. si quis in 9. col. de actionibus*, & de numeratione faciēda creditori, in materia huius vide *deci.* Delphin. 530. Cessionarius nūcians debitori vt soluat cedenti si per simplex verbum hoc faciat, nō impedit debitorē soluere creditori decē, nisi ostendat sibi instrumenta cessionis & legati, ac etiamsi copiam det Bar. multum magistraliter *in l. 1. in fine, D. de nou. op. nun.* Et vide quæ scripsi *in Tit. sup. quæ res pign. obligari possunt.* Pro limitatione huius legis, vide quæ refert, & tenet Alexand. *in l. ex legat. supr. de legat.*

¶Hanc legem intelligit. Ang. *in §. præterea, col. 24 in fi. inst. de actio.* procedere, quādo cessio est facta, ad vtilitatē cedētis, scilicet quòd nisi interueniat vnum ex his tribus, quòd tūc cedens

cedens possit agere, sed quando cessio fit ad vtilitatem cessionarij, tunc etiam quòd vnũ ex his tribus interueniat, adhuc tamen non potest agere, puta si debitor scierit fuisse factam delegationem seu cessionem, quando aut debitor ignorauerat cessionem fuisse factam, & quod ad vtilitatem cessionarij sit facta, adhuc tamen cedens potest agere, vt ibi per eundem allegat, *l. si de transact.* Et an cedens antequàm interueniat vnum ex his tribus possit trãsigere cum debitore in præiudicium cessionarij, vide deci. Afflict. 335 *col. fin.* vbi multa & pulchra de materia huius legis, vide l *nomen, supra quæ res pig. oblig. ; ff.* vbi quid in obligatione nominis debitoris, & quid debeat facere creditor, cui obligatũ est nomen creditoris, vide *d. c. s.* Delphin. 550. *&* 530. *&* 571. vbi an debitor possit opponere cessionario exceptionem compẽsationis, & an si debitor post cessionem factam à creditore conueniatur ab ipso cedente, possit ipse debitor opponere exceptionem, ex quo cessit, vide prædictas decis. Delphi.

¶Et de materia huius legis, vide Castr. *in cons. 98. volu. 2. incip. in causa appellati.* vbi pulchrè, & an debitor possit cogi per creditorẽ, vt alteri se obliget, pro eo, quod sibi debet, vide Bal. *in l. si pater, C. de collat.*

¶Et an creditor possit à debitore compelli, vt ipsum vel fideiussorẽ liberet, si vult dare æquè idoneum, dic quod non, sed contrarium tenet Dec. *in reg. l. plus cautionis, ff. de reg. Iuris.*

¶Fideiussor qui diu steterit in fideiussione, potest petere eximi de fideiussione, l. *Lucius, ff. mand.* & vide nouem fallentias Soz. *in reg. 191. inc p. fideiussor qui diu, &c.*

¶Adde etiam casum, quando fideiussor se obligasset, cum instrumento vt per Bartol & Apostill. *in l. si leiussor per vend ff. de fideiuss. &* vide omninò Scribentes *in §. si quis autem, inst. de fideiusso.*

¶Adde alium casum, quando potest ali ini micitia inter debitorem, & fideiussorem culpa debitoris. Ioh And *in add. Spec. in tit. de iudicijs §. vniuersali, in addit. incip. hic nota.*

¶Ad intellectum primi casus, qui diu stetit in obligatione, vide Soz. *cons. 24.*

¶Cessionarius si notificat debitori, ne soluat pecuniam cedẽti, si aliter faciat debitor, omninò liberatur, *d. l. si delegatio.* Sed vide tres limitationes positas per Soz. *in reg. 112. incip. deb. si cessionarius.*

¶Pro intellectu istius legis, in quantũ vult, quòd cedens possit vti dictis actionibus per cessionem factam, vide per Alex. *in* l. *in prouinciali. §. Si ego, ff. de no. op. nunc.*

¶Itẽ ex ista lege habes, quòd cessionarius præfertur cedenti in tribus casibus hic enumeratis.

¶Limita non habere locum etiam in istis tribus casibus, quando cessio esset facta ob certam causam, quæ non esset sequuta, quia tunc etiam in istis tribus casibus cedens præfertur, & potuit vti suo iure pristino, textus est ibi notabilis, Bal & Alex. *in l. pacto, suc ces. de pact.*

¶Et ad istius legis materiam, vide plenè Alex. *in l. si cum emptore ff. de pact.* Et ibi per Ias. qui ponit plures limitationes. Et vide omnino Ang. *in d. l. si cum emptore*, vbi limitat istum textum.

¶Et pro intellectu istius legis, vide Cum. *co. s. 4. in ordine, incip. domina Stella.*

¶Et quia lex facit mentionem de denunciatione facienda debitori, quæro an ista denunciatio taliter fieri debeat, quòd debitor denunciatus certificetur de veritate causæ ipsius cessionarij denũciantis, puta de instrumento cessionis, dic quod sic, vt voluit Ang. & ibi Alex. *in l. aut facta, §. hæres, ff. ad Trebell.* & Bart. *in* l. *non solũ, §. morte, in 2. specie protestationis, de oper. nou. nunc.* vbi dicit, per textum *in l. si. ff. de lega. commisso.*

¶Et nunquid cedens nomen debitoris, teneatur illud facere bonũ: vide Dec. *cons.* 102. & ibi an cessionarius teneatur denũtiare cedẽti litem à se motam. Adde quod secũdum terminos istius legis periculũ nominis cessi per debitorem creditori spectat ad creditorem. Si postea efficiatur non soluendo, quia cessionarius videtur emisse siue in solutum accepisse nomẽ debitoris *l. si non, D. de hered. & actionib. vend.* & consuluit Cuman. *in d. cõsilio 4. in fin.*

¶Ad istam legem vide Ias. *in* l. *finali, D. de transact.* Et nunquid cessio actionis habeat vim solutionis, vide Decium *consilio* 99. vbi dicit, quòd non, nisi sit facta cessio per viam delegationis, quod tene menti, & vide aliud. consil. Decius 98. *& decis. parlamenti.* Delph. 538.

¶Nota quòd apud cedentem remanent, directæ actiones. Hoc limita, nisi cedens habeat tantum vtiles, quia tũc nihil sibi remanet. glos. est notabilis *in l. emptor. sup. de hered. vel actio. vend. & in l. ex asse*, vbi etiam Bart. D. *ad Treb.* & sentit Alex. *in Apostil.* hic. & Ias. *in l. 3. §. è contrario, pen. col. de acq. poss* Item nota quòd ex quo actiones personales tàm actiuæ quàm passiuæ sunt infixę ossibus nostris, quòd siue cedentis conueniamus debitores, hoc possimus, vt hîc, siue paciscentis passiuas obligationes in alium transferamus adhuc conueniri non possumus, quando nouatio non intercessit, vt infra. *de dona.* l. *cum res*, l. 2. *supra de pactis.* Illud tamen nõ procederet, quando in cessione seu pacto essent apposita

illa verba pro te in locum meũ, quia tunc siue agamus siue conueniamus, inaniter fit, cũ tam vtiles actiones tam actiuæ, quàm passiuę, quam exercitum dictarum trãseat in cessionariũ, ita probat. & est text. *in* l. *qui quadraginta iũcta*. l. 1. *circa prin. D. ad Trebell.* & voluit Bart. *in* l. *in prouinciali*. §. *si ego de no. op. nun.* & plenius per Alex. *in d. l. qui quadraginta*. & ideò est vtile talia verba apponi in instrumentis, sed contrarium tenet Ias. *in* l. *si cum emptore*, *ff. de pactis*, vbi de ista materia plenè. Et ad id quod dicitur, quod ante denũtiationem potest solui cedenti. vide Soz. *in regu.* 109. Adde quòd non solùm non potest solui, sed etiam transigi cum sedente. vide Soz. *consilio* 335. *in fin.*

¶Quid si mandaui debitori meo, vt soluat creditori meo, an possim reuocare mandatũ re integra, textus est, *in* l. *si cum Cornelius*, *ff solut.* nisi esset significatum creditori per debitorem qui acceptasset, vide Ang. & Alexand. *in* l. *qui vsumfruct. de verb. oblig.*

¶Gilbert. Reg. *lib.* 1. *enantioph.* c. 34

¶Si cessionarius debitori notificet, ne cedenti soluat, & debitor aliter faciat, nõ liberatur, vide Soc. *reg.* 79. *&* 80. *debitor*. Ias. *ad* l. *si cum emptore. ff. de pact.* Afflict. *decis.* 335. *nu.* 22. Guid. Pap. *q.* 530. Rip. *ad* l. 1. *num.* 13. *ff. ad Trebel.* & nota quòd cessio facta secundum formam huius legis potest reuocari à cedente, si cessionarius non seruet promissa. Balba. *decis.* 176. declarat secundum nouum intellectum Cachera. *decis.* 62. *numero* 2. *&* 8.

l. Ex contractu. 2.

Facit hic § 5 *Inst. quib. mod. toll. oblig.*

l. si delegatio. 3.

Vide Petrum Pithocum *tit.* 9. *not. mosaic.*

l. Non abstulit. 4.

Bart. hîc notabiliter dicit, quòd procurator constitutus. ad recipiendum pecuniam, & sic solutionem non potest confiteri vbi solutum à debitore & suam confessionem prę iudicat domino, sed requiritur vera solutio: & ita fuit decisum in S. R. *conf.* per Cap. *decis.* 16. Et hoc si huiusmodi procurator non habet liberam voluntatem, aliàs confessio prę iudicaret domino. Vide l. 3. §. 30 D. *de acceptilation.*

l. si pater. 5.

An susceptor alienæ obligationis soluere teneatur. D. Goth. hîc.

l. Nec creditores. 6.

Hæc lex repetitur in Codice Theodosiano *hoc eodem titul* l. 17. Pabulum quid sit videbimus *infra de annonis*: male autem ait Accursius hic optionem esse genus exactorum publicorum, cum potius sit erogatio militaris annonæ, qua de re vide hic Alciatum, & Cuiacium *lib. 1. obs. cap. 33*

Irenarcha.

An & quomodo creentur irenarchæ, vide l. 1. *infra de irenarchis. & l. diuus, D. de cust. reor.* 4. vbi qui dicantur irenarchæ definiuntur. An consuetudo in electionibus generaliter sit seruanda, vide Bartol. *numero* 1. & an inducta patiente principe videantur inducta ex certa scientia, vide Baldum hic *numero* 1. *& 3.*

l. Eorum. 10.

Hoc vult hæc lex quod bona delinquentis mortui non pertinent ad fiscum, nisi viuens fuerit condemnatus, vt ait Glossa.

¶ An reus antequam condemnetur possit bona sua libera administrare, vide Bartol. *in l. post contractum, D. de donation.* nota autē hic in fine quod mortuorum ante condemnationem bona fisco non vindicantur.

l. Omnis. 11. & vlt.

Hæc est versio Græcæ constitutionis, ex collectione Antonij Augustini, quę desideratur in quibusdam exemplaribus.

¶ Ex hac lege constat quare in l. *properandū, C. de iudiciis.* exceptæ fuerint causæ fiscales: cuius ratio hæc est, quoniam scilicet causæ illæ intra sex menses finiendæ sunt, vt tradit hæc constitutio, excipitur tamen nisi vel rei necessitas vel personarum aut instrumentorum causa longiorem moram exegèrit, ac causæ quæ pertinent ad publica munera, de quibus illa lege tractatur intra tres menses finiendæ sunt.

Tit. 2. De conueniendis fisci debitoribus.

Tractatur hoc titulo de conueniendis fisci debitoribus, quoniam specialia & communia quædam priuilegia habent.

¶ Debitor quis dicatur. An debitor & creditor sint correlatiua, an quis & quo casu dicatur creditor, tradit hic Lucas à Penna.

l. Non iniusta. 1.

Quæ sit differentia inter fiscum & priuatum in conueniendo debitore debitoris, præter hic dicta ab Accursio Adde gloss. *in l. 1. supra quando fisca. vel priuat.*

¶ Fideiussor obligatus pro administratione publici negotij, non conuenitur nisi prius principali requisitio tradit glossa hic, & præter eam, adde Bart hic.

¶ An indemnitatem quis pro seipso promittere possit, vide Luc. à Penn. pluribus nec explicantem.

¶ An & quo iure fiscus agat contra debitorem debitoris, vide hic Bald.

l. Fisco quidem. 2.

Hæc lex vult vt debitor non ante liberetur, quàm apochæ exactoris tabularius subnotauerit, exactores etenim dabant apocham. Tabularij subnotabant & subscribebant: vult autem hæc lex debitorem nō ante liberari, quam apochæ exactoris tabularius subnotauerit.

¶ Instrumentum à tabellione subscriptum an dicatur completum, & an in qua parte testamenti testes sint nominandi, an & quomodo instrumenta facienda sint, vide hic Luc. à Penna. Exactor qui dicatur, tradit hic Lucas à Penna *numero 6.*

l. Quoniam 3.

Si diuisa sit administratio à iudice vel ab eius officialibus, qui primo conueniendus sit, declarat hic D. Goth.

¶ An prius deueniatur ad collegam, quam ad nominatorem, vide hic Gloss. *in l. ...* Bar. & Bald. collega an & qua actione conueniatur. An plures administratores possint conueniri eodem libello, vide Bald hic *nu. 7. & 8.* Dec. *in l. in toto genere, D. de reg. iur. nu. 21. l. 2. infra de suscept. prip...*

l. Hi qui fisco. 4.

Frustratio hic sumitur pro tergiuersatione seu morosa dilatione, frustrari etenim idem est, quod decipere est, & eludere. Creditorem adimplere multis in locis recte dicitur, pro creditori soluere & satisfacere & *in l. cum post, §. vlt. D. de admin strator, l. vlt. supra de testam. manu.*

¶ An terminus in allegationibus iuris possit per iudicem præfigi. An iudex in allegationibus facti supplere possit, vide hic Luc. à Penn. *numero 3. 5. 6 & 4.* vide N... *l. 43. ... fi. D. de adm...*

l. Inter chartulas. 5. & vlt.

Confiscati) in Cod. Theod. erat *deportati*, sed Tribonianus elegit nomen generalius.

¶ *Breuis*) Galli dicunt *vn breuet, ou diction.* vtuntur hac voce frequenter libri *Basilici* dum rationes voluminū vel corpora rationum significant, quæ quidem sola fidem non faciunt, vt testatur *in l. instrumen. a, cum l. exempla, de probat.* huius etiam vocis meminit Zonaras *in Carthaginensi consilio* ... Hoc vult hęc lex quo scilicet scriptura propria nō faciat fidem, qua de re, vide Bald. *in l. ... C. de re ... Bart. in l. ... D. de dona. ... l. contractus ... instrum.* An valeat scriptura quæ non habet diem & consulem An tabellio ... instrumentum possit conficere, tractat hic Bald. Quid autem sit redhibitio, optime explicat hic D. Goth.

Titulus 3. De fide & iure hastę fiscalis, & de adiectionibus.

Perperam antea legebatur *de fide instrumen...* ... Cod. Theod. legitur *de fide & iure hast...* ... perperam etiam antea legebatur ... verum ... Sunt autem ... quade re tractat Bart. ... vide etiā hic Cuiacium de ... hastarum locum in quo ... bona proscriptorum. Hastæ autem ... pretij, vt testatur Tertullianus ... vide Hasta fiscalis dicitur ... 8 ... 26 De hac hasta meminit Cicero *lib. 12. ... Attic. epist. 3. 2. offic. & Phil. 2. Orat. ... Agrar. a.* Dion. 46. Valer. *lib. 6. cap 5* Seneca *1. de ira & de consolatione.*

l. Quod in libellum. 1.

¶ Fiscus capta pignora, an & quomodo vendere possit, vide hic Goth. Antea hæc constitutio erat Alexandri, verum Antonini ex manuscriptis restituimus.

¶ Malæ fidei possessor tenetur de percipiendis fructibus ... , ... vero per deductionem ... *in l. ... supra eo. de rei ... d.* non ... tamen *l. si fundum, eodem tit.* quę dicit, malę fidei possessorem de perceptis fructibus teneri: ea enim non est ... nec sententia legis.

¶ Quis sit, qui habeat ius vendendi res fiscales, an debitores fisci. An procurator fisci debeat vendere rem pręsente pretore, an ... possit habere fidem de pretio. An & quomodo

quomodo dicatur quis habere fidem de pretio, an & quot requirantur ad hoc, vt valeat venditio rei fiscalis vel debitoris fisci, vide Bart. hic, præsumitur mala fides, vbi non seruatur solemnitas, vide Alciat. *lib. 3. præsumpt. cap. 13.*

l. Duplex ratio. 2.

Vide l. 3. *supra de iure fisci, & l. si quis, supra de rescind. vend.*

¶Ioan. Robert. *lib. 1. recep. iur. ciuil. lect. cap. 32.* Quid sit inutilitas, adde l. *vlt. in fin.* D. *de seruit. & aqua, l. 1. §. hac autem,* D. *deposit.*

¶Hac lege continetur casus in quo res védita retrahitur, quando scilicet in venditione debita solennitas non est seruata.

¶In vtilitatémque. Hic obiter obseruabis legendum esse vna dictione *Inutilitatémque,* motus authoritate Cuiacij, *qui in l. 1. §. hac autem,* D. *depositi*, hanc vocem sic reponendam esse existimat: quæ lectio vera & genuina est *in l. vlt.* C. *de seruit. & aqua.* Venditio quę caret vna solemnitate vel pluribus, an valeat, vide Bald. hic *num. 1.* & Bart. *num 2.*

l. Etsi. 3.

Continetur hic speciale fisci priuilegium, vt scilicet emptio fisco facta & alia, quæ requiruntur ad acquisitionem dominij possint probari sine scriptura, quasi diceret non potest metueri sibi inferri controuersiam, is qui rem à fisco pro eo quod instrumentum emptionis non apparet, si tamē de ipsa emptione, traditione, & ipsa precij solutione docere possit.

¶An fiscus vendens fidem de pretio habere possit, Bart. hic, iunge hic *l. 10. supra de fide instrumentorum, & iure hastæ fiscalis.*

l. si tempora. 4.

Quæritur hic an admittatur quilibet veniens intra tempus in subhastatione constitutum, etiamsi res alteri iam fuerit vendita, quibúsve casibus hoc locum habeat, vide gl. hic.

¶*Fiscalibus auctionibus vel.* Hæc duo verba absunt à veteribus exemplaribus.

¶ An & quæ sit subhastationis & pacti in diem addictionis differentia. An & cui cedát fructus rei subhastatæ medio tempore percepti, vide hic Glossam.

¶ An subhastatio in alienatione rerum pupilli sit necessaria, nécne, Lucas à Penna hic, *num. 20.*

¶De materia subhastationis, vide Glossam *in l. creditor, C. de distract. pignor.* Bald. & Ange. *in l. fin. Cod. de iure dot.* an & quæ subhastationis forma sit, Bald. *in l. licitatio, in princ. D. de puber.* Auth. *hoc ius porrectum, 14. supra de sacros. eccles. Nou. 120.*

l. Quæcumque. 5.

Venditio facta à fisco solenniter non retractatur prætextu rescripti.

¶Ex hac autem lege constat, quæ sit vis & fides hastæ fiscalis de qua in Rubrica diximus, si etenim ritè & congruè facta sit conuelli minimè potest, nec rescripto principis, nec beneficio ætatis, nec vlla denique alia ratione nisi tamen minor fuerit indefensus *l. vlt. C. si prop. puber. periss.* minor etenim restituitur si fiscus vendidit rem minoris, rem vt suam vel vt minoris obligatam sibi sine eius tutore vel curatore, quod si cū eius tutore vel curatore vendidit, tunc minor non restituitur, sed aduersus futuram venditionem restituitur, & hoc pacto conciliantur variæ leges quæ inter se discrepant, *vt l. vltim. Cod. si aduers. fisc. l. vltim suprà si ob public. pensit. l. 1. de fund. patrimon. l. imperatoris, Digest. de public.* Nota autem hic fiscum sumi pro fisci procuratore, vt in plerisque iuris locis.

l. Si qui. 6.

Proscriptio exilij est procul damnatio, quasi porro scriptio, inde proscriptus quasi palam scriptus, Isid. *lib. 5. c. 27.* fit de futura actione, profertur is libellus in celeberrimis vrbis locis in hęc verba. *Ille debitor noster in ea causa est vt bona eius diuendi debeant nos creditores patrimonium eius distrahimus quicumque emere volet,* adsit Theophil. *in tit. de success. subs.* Gothof. *in l. iubemus, 9. Cod. de deff. ciuit.* vt testatur Cicero *pro Quintio, leg. vlt. infr. de delatio. leg. penult. supra de deffenso. ciuit.* Quinque autem exiguntur in auctione fiscali, proscriptio népe auctoritas procuratoris, Hasta, Preco, Quęstor addictio quæ fiat iusto pretio.

¶Proscriptio quid & quando primū cœperit Lucas à Penna hic Plin. *7. epist. 11.*

¶Obiter hic notádum est quod hæc lex non procederet in priuato emente à priuato. Secundum glossam hic, cui adde Bart. *in lege licitatio, §. fiscus, D. de pub.* & Bald. hic. De proscriptione vide *l. vlt. §. 3. infra de delator. & l. 15. §. 32. inf. de iniur.*

l. si alicuius. 7. & vlt.

Hæc itidem est constitutio Græca ex collectione Antonij Augustini quæ abest in plerisque exemplaribus.

Titul. 4. De venditione rerum fiscalium cum priuatis communium.

An venditor absque peccato laudare possit rem quam vendit & quæ priuata dicuntur, tradit hic Lucas à Penna.

l. Forma. 1.

Fiscus ratione patris potest vendere totum, Cagnol. *ad proœm. D. num. 3* Aret. *consil. 38. quia mul. à colum. 2.* Cotta *in memorab. in voce, eod. lecta ad fin.* Bald. *libro 3. consilio 156* Forma autem hic accipitur pro regula, vt optimè notat hic D. I. Gothof. Fiscus potest solidum vendere inuito socio: sed pars pretij socio reseruanda est *l. 2. Cod. comm. rer. alien.* Hinc etiam formatæ epistolæ in veteribus conciliis.

Tit. 5. Ne fiscus rem quam vendidit euincat.

Tractatur hic de euictione, quæ sanè præstari non debet à fisco, de euictione autem suo loco diximus.

l. Grauissimum. 1.

Stationes sunt mãsiones in quibus officia fiscalia consistunt, de quo vide Cuiacium hic *l. supra de compensationib. l. 25. sup. de solutionib.* Iuuenalis *Satyr. 2.* Aul. Gell. *lib. 13* plura vide apud Cuiacium *lib. 2. obs. c. vlt.* Quis huius loci sit sensus, optimè D. Gothof. hic.

l. Retractare. 2. & vlt.

In summa hęc lex vult, quod fiscus retractare non potest ea quæ semel vendidit, ratio est quoniam hoc nec honestum nec æquum est: sed quoniam totius huius legis vis consistit in verbo retractãdi, quid sit retractare, vide Luc. à Penn. hic *num. 1.*

¶ Constitutio autem hæc locum non habet quando bonorum actores venierint, *vt in l. bonorum,* D. *de iur. fisc.* ratio est, quoniam cum hi nouerint omnia, quæ ad bonorum rationem spectant, euertitur planè & perturbatur ratio omnis eorum distractione, quapropter rectè *in* l. *vlt. ff. de off. præf.* dictum est actoris amissionem ad totius domus euersionem pertinere, adiunge *l. interdum,* D. *de public. l. interdum,* D. *de publicanis, vlt.* D. *de off. præt.*

Tit. 6. De his qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam acceperunt.

Quoniam constat quod quæ publica sunt, publicis non priuatis vtilitatibus deseruire debent, *vt in l. 2. hoc tit.* Sed quia nõnulli administrationem rerum publicarum interuertunt, & pecuniam reipublicæ fœnerantur, ideò de hoc tractat Lucas à Penna.

l. Si quis ab. 1.

Arcarij qui sint, vide *1. tit. de susceptor.*

¶ Hoc vult hæc lex, quod qui pecuniam mutuam ab officialibus fisci accepit teneatur in quadruplum.

¶ An in quadruplo insit simplum præter hic dicta ab Accursio, vide Bart hic, & Bald. *item num. 1.*

l. Sciant omnes. 2. vlt.

Continetur hic pœna eorum, qui aurum fiscale sine principis licentia aut mutuo sumpserunt & dederunt: hæc autem lex desumpta ex C. Theodosiano *lib. 10. tit. 24. l. 1.* Occulte & clam fieri, an & quid dicatur præter hic dicta ab Accursio, adde Glossam *in l. non intelligitur, §. tacita ff. de iur. fisc. & in extrauagant. qui sint rebelles, in verbo occultè,* vide etiam Corsetum *singul. occul è,* adde Tiraquellum *de pœnis, cap. 11. numer. 14.* tractat etiam hic Lucas à Penna *numer. 6 & 12.* Bart hic, *numer. 1.* An & quando quid dicatur clam vel occultè factum, vide per Bartol. *in l. fin. 1. de præd. curial.* & quod magis puniatur, vide Bartol. *in l. 2. §. generaliter, ff. de vi bonor. rapt. vers. fin. & in l. si olei, ff. locati,* Harm. 5. §. 95.

Tit. 7. Pœnis fiscalibus creditores præferri.

Qui creditores pręferri dicantur, exponit hic Lucas à Penna, quid autem sibi velit hęc vox *præferri,* vide eundem, iunge hic *l. 11. & l. 17. ff. de iure fisci.*

l. Rem suam. 1. & vnic.

Huius legis talis effingi potest species. Debebat mihi quis 10. ex causa mutui, qui se immiscuerat alicui contractui in fraudem fisci, & sic tenebatur in quadruplum, vt vidimus *in l. qui contractibus, sup. de iur. fisc.* nunc verò bona eius non sufficiunt fisco nec etiam mihi, quæritur hic quis sit pręferendus. Verum optimè hic respondet imperator, quod in quadruplo quod debetur fisco triplum est pœna, simplum est rei persecutio, sic ergo fit vt in persecutione fiscus præferatur mihi, sed in pœna præferar ego fisco *l. in summa, l. quod placuit, l. statius §. vlt. ff. de iure fisci.*

¶ An certãti de damno vitando magis faueatur, quàm certanti de lucro captando: an & quan-

& quando & quatenus habeat tacitam hypothecam in bonis delinquentis, adde Glossam *in l. rescriptum, in verbo hypothecas, D. de pactis.*

¶Plura, vide apud Luc. à Penna hic & Bart. *num. 3.* fiscus pecuniam suam repetens omnibus præfertur.

Tit. 8. De fiscalibus vsuris.

Tractat hæc Rubrica de vsuris, non quidem de omnibus, sed de fiscalibus tantum. Verum quod ad tractatum vsurarum attinet vide Ioan. And *in regul. peccatum extra, de regulis iuris in 6.*

¶Obiter autem hic notandum est, vsuram non compendium, sed impendium dici vt optime notat D. Goth. *in l. Titium, 47. §. 5. Lucius, D. de administ. & per. tutor.* vide Cuiac. *lib 10. obser. c. 36.* qua de re etiam Varro *lib 5. de ling. Latin pag* 30. An & quid sit vsura, tradit hic Lucas à Penna *numero* 1. quando & quatenus debeatur, vide Vesemb. *tit.* D. *de vsur.* vbi plura de hac materia dicemus.

¶Scripsit etiam tractatum de vsuris, Harmenop. *lib. 3. tit. 7. de vsuris.* * Pap 1. *notar. tit. des prests vsuraires.*

l. Eius summæ. 1.

Hæc lex in summa vult quod vsuræ pœnarum non debeãtur: ratio autem hæc est, cum vsuræ ipsæ veluti pœnæ quædam sint, iniquum sane videretur pœnam pœnæ adiicere, hic etiam vsura vsuræ non est, hoc est vsuræ vsurarum non debentur, vt notat Cuiacius *l. b. 3. obser. c* 39 l. *placuit, 29.* D. *de vsuris.* l. *vlt. C. eod.* l. *si non sortem, §. 1.* D. *de cond. indeb.* hi etenim infamia notantur *vt* l. *improbum fœnus eod. ex quibus casib. infam.* ibi enim improbum fœnus appellatur vsuras vsurarum exigere, hac autem de re, vide Spec. *de fen. §. 2. vers. est & quarta species,* vbi hæc quæstio fusissime explicatur.

¶Coniunge autem cum *h* l. *legem vltimam, D. de magistrat. conuen.* An autem procurator Cæsaris pœnam infligere possit D. Gothof. hic.

l. Si sub pignore. 2.

Vsuras ex pacto nemo præstat, sed ex stilatione.

l. Fiscum. 3. & vlt.

Fiscus non vtitur iure speciali in exigẽdis vsuris, sed statutum vsurarum modum seruat: vt optime notat hic Gloss. adde hic L. 1. *in fine, supra de his quibus vt indign.*

Tit. 9. De sententiis aduersus fiscum latis retractandis.

l. Causas. 1. & vnic.

Res iudicatæ non facile retractantur, nec vlla satis est probabilis retractationis species, in re tamen fiscali ex causa retractãtur intra triennium & post triennium, si præuaricatio, aut manifesta fraus arguatur l. 1. *ff. de iure fisci,* vel inuẽta sint in instrumenta noua l. *impp. ff. de re iud.* Nota autem instrumentorum appellatione testes contineri.

Tit. 10. De bonis vacantibus & de incorporatione.

Incorporare, est in fisci corpus redigere, Ammian. *lib.* 16.

l. scire. 1.

Quæ personæ fiscum excludant, declarat hic Gloss. Vacantia bona fisco cedunt non ciuitatibus.

l. Si quando. 2.

Hæc lex pertinet ad incorporationem rerum, hoc est secundam partem huius tituli.

l. Si quando. 3.

Laudensis 1 *feudor. 1. in fine*, Bar. *in* l. 1. *ff. de off. præf. vrb.*

l. Vacantia. 4.

Ius sanguinis est, ius cognationis non agnationis l. *qui in adoptionem, ff. de adoption.* l. *iura, ff. de diuer. reg. iur.*

l. si vacantia. 5. & vlt.

Cicero *de Oratore,* possessio quasi caduca & vacua.

Tit. 11. De delatoribus.

Delator quis dicatur, optimè Cuiacius hic Paulus 5. *sententiarum, tit. 13. §. 1.* facit l. 4. *infra eodem.*

l. si & qui. 1.

Loquitur hæc lex de capacitate & incapacitate hæredis, qua de re vide l *nõ intelligitur, §. quando ff. de iure fisci,* l. 1. *ff. de iure fisci.* Tacitè relinqui non potest iis, qui palam relictum capere non possunt.

l. Monente. 2.

Paulus *libro 5. sentent. tit. 13. §. 2.* l. 5. *§. 13 ff. de his quibus vt.*

l. Nulla. 3.

Delator non est, qui sui defendendi actuendi causa alium denuntiat.

l. Ex varia. 4.

Delator itidem non est, qui Reipublicæ causa defendit.

l.Omnes iudices.5.

Delatoribus lingua euellebatur *vt* l.2.*Cod. Theod.de petit. & vl.d.tat.* Hoc etiam in Codice inuenitur constitutum in odium delatorum,vt si idê delator etiam in bonis caussis tertio fuerit inuentus, capite puniatur l. 12.13.28.*Cod. Theod.eod. tit.* Harmen. *lib.1.tit.5.in fi.*l.17.& 18.*Cod.Th.h.t.*

l. seruum domini.6.

Paulus *libro 5.sent.tit.*13.§.3.

l. Neque.7.

Hæc lex est ex collectione Ant. Augustini.

l.Ne liceat.8.

Hæc lex deest in quibusdã exemplaribus Cicero *pro Quintio*, Harmenop.*lib.1.tit.*5.l.*per interuallum,ff.de iudiciis.*

Tit.12. De petitionibus bonorum sublatis.

Prohibet hoc titulo Imperator ne quis bona ad fiscum pertinentia petat sibi concedi, vide Cepolam *cautela* 116 Rebuffum hic.

l. Quisquis.1.

Sacrilegi dicuntur, rei violatæ legis l.*vn.* J.*vt dignit.ordo.*

l.omnem. 2. & vlt.

Cassiod.*lib.7.formula de competitoribus.*

Tit.13.De his qui se deferunt.

Si quis incapax vltro se deferat fisco, partem aliquam retinet quæ præmij loco ei relinquitur, facit hic l.1: *in princip.ff de iure fisci.*

l.is cuius.1.& vnic.

Clarus §.*vlt.quæst.*60.*numero* 26.l.16. D.*de iure fisci.*

Tit.14. si libertatis imperialis socius sine hærede decesserit.

In Codice Theod.aliter hic titulus conceptus est,vt declarat hic Cuiacius.

l.iubemus. 1. & vnic.

Inter socios liberalitatis imperialis sanctę, etiam inter viuos est locus iure accrescendi, etiam post dominium vtriusque quæsitum,

De hoc textu quãdo procedat & in quo principe & quãdo sine hærede dicatur quis decedere Ias.& Scribentes *ad* l.*si mihi & Titio,ff. de verb.oblig.* Soc. Iun.post Curt.Crot.Alex. & Bald.*cons.*73.*pulchra,col.*2.*& seq.lib.*1.*& cõs:* 92.*numero* 1.*volum.*4. Bartol.& alij *ad* l.*si duo patroni*,D. *de iure.* Adde quod Iason *ad* l.*si & Titio,nu* 6.in fine ait communem esse, quod iste textus locum habeat in feudis vel emphyteusi concessa à principe non recognoscẽte superiorẽ,& idem Ias.*ad* l.*re coniunctis,n.* 179.Soc.Iun.*d.cons* 79.*lib.*1. vbi de communi cui subscribit Mantua & Arrigutius, vt videre est inter *cons.*Mantuæ 257. Contra tamen istam communem, vt non habeat locum iste textus in feudo concesso à principe supremo est *cons.* Corn.196. *col.*2. *num.*6.*lib.*2. Harmen.*lib.*1.*tit.*1 §.18.Forner.*lib.*2.*select.cap.* 16.

---

l.Tit.15. De thesauris.

Thesaurus est teste Cassiodoro *depositiua pecunia qua longa vetustate competentes dominos amisit.* Forner.*lib.*2.*select.*c.26. Nouel Leonis 51.§.*Thesauros.*

l.Nemo.1.& vnic.

Forcat.*Necyoman. dialog.*54. Cassiodor.*lib.* 6.Corset.*singulari expensa.*

Titul. 16. De annonis & tributis.

Annona in quo consistat, optimè declarat hic D.Gotho.l.*vlt.*D.*de censib.*Tertull.*in Apologet.*

l.Vancantes.1.

Hæc est constitutio Græca ex collectione D.Anton.Augustini.

l. Æs quidem.2.

Obligatio prædiorum inter heredes non diuitur.

l.indictiones.3.

Indictionis nomine continetur tam annonaria quàm tributaria functio, plura de indictionibus, vide titulum *infra de indictionibus.*

l. Omnes.4.

Tributorum & annonarum modus manat à principe.

l.Omnes omninò.5.

Quid propriè sit canon optimè explicat hic Cuiacius.

l.Pro locis.6.

Pro

Pro intellectu huius legis, vide l.4. *infra de erog. mil. ann.*

l. in fraudem. 7.

Omnes publico conferre debent.

l. Nemo. 8.

Agitur hic de mansionibus qua de re optime Cuiac. hic. qua de re est l.2. *infra de lucris aduocatorum.*

l. Mediterraneæ. 9.

Cicero *in Verrina, de suppliciis.* Corset. *sing. expensa.*

l. Obsistere. 10.

Dignitas non excusat à muneribus seu tributis ordinariis.

l. iudices. 11.

Ærarij compendia appellat annonas & tributa.

l. id ab vnaquaque. 12.

De duplici Illyrico orientali & occidentali, vide Cuiacium hic.

l. si prouincia. 13. & vlt.

Indictiones an & quando incœperint, vide hic D. Goth.

Tit. 17. De indictionibus.

Fallitur hic Accursius cùm ait indictionem idem esse ac superindictum cùm tota natura, dissideant superindictũ enim est augmẽtum indictionis, Plin. *ad Traianum*, Cassiod. *lib.4. variar.* Isidor. *lib.5. cap.26.*

l. Omnes. 1.

De superindicto, vide l.1. *supra de immunit. nemini concedenda.*

l. Particulari. 2. & vlt.

Nota hic quod extraordinarium ordinarium fieri potest.

Tit. 18. De superindicto.

Superindictum est indictionis augmentum, l.3. *Cod. de collat. fund. patrimon.* Ammian. *libro 27.*

l. nihil. 1. & vnic.

Superindictum solus princeps imponit, non præfectus prætorio.

Tit. 19. De exactoribus tributorum.

Alij legunt *de exactionibus.*

l. Ducenarij. 1.

Ducenarij, & centenarij qui sint declarat hic Accursius, de quo vide Dioné *lib.53* corúmque priuilegia declarat hic Cuiac. vide etiam l.5. *inf. de principibus agentium in rebus.*

l. nemo. 2.

Antonius Roscius *lib.3. memor. cap.11.* Plũbatarum autem verbera quid, vide hic apud Cuiacium, Vvrmf. 1. *pract. 28. cap. 8.* vide Prudentij carmina à Cuiacio citata.

l. Quoties. 3.

Diuersimodè hanc legem legit Cuiacius hic.

l. Actores. 4.

Conductores rei priuatæ an ad solutionẽ canonicum compelli possint Gloss. hic.

l. Apparitores. 5.

Susceptor aurarius creatur ex curialibus, l.1. *infra de apoch. pub.*

l. in fiscalibus. 6.

De arca quæstoria vide hic Cuia. Symmach. *in epistolis*, & de arca Theatrali, *Nou.63.*

l. Missi. 7.

Opinatores qui dicantur, optimè declarat hic D. Goth. post Accursium, Cerset. *sing. extensio*, Procop. *li.3. de bello Vandalico*, *Nou.116. & 117. & 102.*

l. si diuina. 8.

Metrocomia hic malè accipitur ab Accursio, siquidem metrocomia est inter vicos sicut metropolis inter vrbes. Capitationem autem non præstant metrocomitæ.

l. nec exactorum. 9. & vlt.

Hæc constitutio deest in quibusdam exemplaribus, & huic derogat *Nou.128.* Cuiac. *cap. 10. de præscrip.* Hæc autem est cõstitutio Græca quam hic refert Cuiacius.

Tit. 20. De superexactionib.

Prohibet superexactionem: hoc est ne exactores plus debito exigant, Synopsis Basilic. *lib.56. tit.8.*

l. quidquid. 1. & vnic.

De superexactore, vide *Nou. Leonis 61.*

Tit. 21. De capiendis & distrahendis pignoribus tributorum causa.

Vide *Tit.46. lib.4. C. supra.*

l. Res eorum. 1.

Huc pertinet *l. 2. eodem tit. lib. 11. C. Th.*

l. Satis sit. 2. & vlt.

De dictione *satis* hic adiecta, vide hic D. Gothof.

Tit. 22. De apochis publicis & de descriptionibus curialibus, & de distributionibus ciuilibus.

Cassiod. *libro* 11. Sidon. *lib. 5. l. vlt. supra de anno. & tribut.*

l. Ad inferiorum. 1.

Susceptores aurarij ex curialibus creabantur.

l. Semel. 2.

Nota hic omnes proconsules esse spectabiles.

l. Quicumque. 3.

Qui ostendit se tribus proximis annis soluisse, retrò soluisse præsumitur, nisi contrarium probetur, vide Luc. de Penn. hic, Iason *ad l. 1. num.* 30. D. *de offi. eius, & ad l. 2. C. de iur. emphyt.* Gregor. *in tract. de pensio. q.* 81. Alexan. *consil.* 105. *l b.* 3. Cremen. *not.* 79. visus tibi in addit. ad eum pulchrè & latè pro declaratione & limitatione ad hunc textum, Gramm. *consil.* 313. Rot. *decis.* 304. *in nouis*, Sal. *in l. 2. supra de iur. emphyt.* Aufrerius *decis.* 235.

l. Securitatibus. 4. & vlt.

Hanc legem optimè emendat Cuiacius hic, Harmenopul. *libro 2. tit. 2. §. 23. l. 14. §. sed quoniam supra de non num. pec.*

Tit. 23. De Canone largitionum titulorum.

Quid sit Canon, optimè declarat hic D. Gothof.

l. Omnem. 1.

Vide *l. 7. ff. de susceptor. & l. 2. supra de conuen. fis. debitor.*

l. Neque sacrarum. 2.

Palatina quid, optimè declarat hic D. Gothofred.

l. Præcepit. 3.

Vide Cuiac. *ad Nou.* 14. Zas. 51.

§. illud etiam. 1.

Nominator præstat periculum eius susceptoris quem nominauit.

l. Præcipimus. 4. & vlt.

De descriptione exactionis publicorum tributorum, D. Goth. hic.

Tit. 24. Ne operę à collectoribus exigantur.

Facit hic Titulus *supra de operis libertorum.*

l. Operarum. 1. & vnic.

De operarum præbitione, Hotom. *consil. 9. l. 1. supra de fideiu. dot.*

Tit. 25. De immunitate nemini concedenda.

In hunc Titulum scripsit Fornerius *libro* 1. *select. cap.* 20.

l. His nostræ. 1.

Vide hic Rebuffum & *l. 5. supra de anno. & tribut.*

l. Per Bythiniam. 2. & vlt.

Corsetus singulari munitio, adde hic Rebuffum.

Tit. 26. De conditis in publicum horreis.

l. Omnia. 1.

Forcat. *in pen. iur. cap.* 9. Menoch. *lib. 1. de arbit. iud. q. 8. numer.* 19. Prudent aduersus Symmach. Cassiod. *lib. 9. l. his oneribus. §. 1. ff. de vac. mun.*

l. cum ad quamlibet. 2.

Vide *l. 7. ff. de officio proconsulis.*

l. nulli posthac. 3. & vlt.

Huc pertinet *l. 2. infra de iis quæ ex pub.*

Titul. 27. Vt nemini liceat in emptione specierum se excusare, & de numero Sitocomię.

Species dicuntur, quæ ad annonam pertinent, vt vinum, oleum, frumentum: cogũtur autem prouinciales vendere fisco, species annonarias publico vsui reseruandas: atque huius coemptionis munus vocatur Sitonia σιτωνία σίτου. In hunc Titulum, vide Cuiac. *lib. 1. obs. cap.* 35. vide Nouellam Tyberij *de diuinis domibus*, Boët. 1. *de consolatione.*

l. Quoties. 1.

Desiderari hic constitutiones duas, declarat

rat Cuiac. Mynsing. 7. *respon.* cap. 74. num. 5.

l. Ciuitatum. 2.

Hæc est constitutio Græca, Cuiac. *lib.* 7. *obs. cap.* 10.

l. Cum in ciuitate. 3. & vlt.

Coniunge hic l. *vlt.* §. *item rescripserunt. ff. de administ. rer. ad ciuit. per.*

Tit. 28. De collatione donatorum, seu releuatorũ aut translatorum, seu adæratorum.

Adærare multis in locis extat, & nullibi rectè intellectũ. Accursius etenim hæc in Titulo ait adærationẽ esse æris præstationem. ego autem adærare idem esse censeo, quod ære æstimare vt optimè etiam notat hic D. Got. quod ab ære deductũ est, quodque sine aspiratione legi debet, licet in quibusdam exemplaribus aspiratum legatur.

l. Dispositionem. 1. & vnic.

Facit hic l. *penul.* ∫. *de omn. agro deserto.*

Tit. 29. De collatione æris.

Quæ prouinciæ æs fisco inferunt, hæ possunt pro ære aurum præstare, secundũ rationem hoc Titulo factã, vt pro 20. libris æris, vnus auri solidus pendatur.

l. Æris prætia. 1. & vnic.

Facit hic l. *vnica. infra de argenti pretio.*

Tit. 30. De discussoribus.

Qui dicantur discussores, vide hic. Cuiac. & Symmachum *in epistolis.*

l. Quoties. 1.

Æstimator, malè æstimans punitur ipse.

l. Ne casu. 2.

Hoc dicit breuiter nihil nocere securitatum amissionem, seruari enim illationum fidem posse ex rationibus & regestis publicis, vide Cuia. *libro* 4. *obs.* c. 27. vide *Nou.* 17. *&* 128. *&* l. 5. *infra de metallis.*

l. Per singulas. 3.

Aduocatis mandari non potest.

l. Nemo fiat. 4. & vlt.

Vide *Nouell.* 128. *cap.* 9.

Tit. 31. De decurionibus & filiis eorum.

Vide summam Asonis in hoc Titulo. Hic autem Titulus deest in Basilicis.

l. Si cum te. 1.

Iunge hic l. 17. §. 2. *ff. ad municipalem.*

l. Obseruare. 2.

Vide *l.* 1. §. 3. *ff. quando appellandum.*

l. Cum decurionatus. 3.

Album quid, vide *Tit. ff. de albo scribendo.*

l. Cum adoptiuum. 4.

Torqueri an quis possit pro leui delicto, declarat hic Bald. pignora autem naturalia vocat filios naturales.

l. Filios. 5.

Decuriones creari etiam filiifamilias possunt.

l. Expertes. 6.

Creari decuriones possunt literarum imperiti.

l. Licet. 7.

Facit hic l. 3. *infra de mun. & honor.*

l. infamia. 8.

Cæcus cæcitate ipsa decurionatum non amittit.

l. In albo. 9.

Alciatus *lib.* 1 *præsumpt.* 36. Gellius *lib.* 2. *noct. atticar.*

l. Si vltra. 10.

Iunge hic l. *vlt. infra qui ætate.*

l. Vxorem. 11.

Vxor pro ipso marito decurione conueniri non potest.

l. Nec infames. 12.

Infamis immunitatem munerum habere non potest.

l. A muneribus. 13.

Podagra non liberat à decurionatu.

l. Nemo iudex. 14.

Facit hic l. *vnica, infra de his qui à principe.*

l. Vniuersos. 15.

Vide Cuiacium hic, Ferrand. *libro* 2. *explic. ca.* 15. Forcatul. *Necyomant. dial.* 98. Tiraquell. *cap.* 30 *de nobilitate*, Alciatum *in l. mercis. ff. de verb. signif.*

l. Si quis decurio. 16.

Quis aulam principis adire non possit, D. Gothof. hic.

*Fachineus *controuersiarum iuris lib.* 3. *c.* 49.

l. qui derelicta. 17.

Coniunge l.55.*in principio, infra eod.*

l.Si ad magistratum.18.

August. de cura pro mortuis habenda.

l.Vacuatis.19.

Iunge hic l.*vlt.in fi.*§.*eod.*

l.Circensium.20.

Quomodo intelligatur hæc lex. D.Goth. hic.

l.Curiales.21.

Facit hic l.14.*infra de susceptoribus.*

l.Eos indulserunt.22.

Vide l.61.*in principio, infra eod.*

l.Prouidendum.23.

Decurio nouus non tenetur soluere æs antecessoris.

l.Si quis.24.

Facit hic l.*semper.ff. de iur. immun.*

¶Ferrand Paes *in tractat. de excuss. parent. ob num. liu.* De lectione autem huius legis, vide hic Cuiac.

l.Curiales.25.

In hanc legem, vide Alciat. *lib.3. dispunct. ca.1.* adde hic. *Nou.46.in principio.*

l.Quidam ignauiæ.26.

Pro intellectu huius legis, vide Forcat. *in cupid. iurisp. cap.5.* Oroscium *lib 7. cap.13.* Pertinet autem hęc lex ad monachos Ægypti, quibus Valens pertinaciter infensus fuit, vt ex ipso Codice Theodosiano constat. Arist. *l.politic.4. Nou.133. cap.6. & Nou.80.*

Monazonton.

Quid sibi velit hęc vox, optimè declarat hic. D.Gothof. verum in quibusdam libris legitur, *Monazonton.* in alijs, *Monazonion,* de quibus, vide hic Budæum.

l.Priuilegio.27.

Cuiacius *ad cap.4 lib.3. recept. Iulij Pauli sententiarum,* hanc legem explicat, adde hic l.35.*in fi. infra eodem.*

l.Nullus qualibet.28.

In Cod. Theodos est *lex 67.* ex qua aliquid hic detractũ est. An autem decurio immunis sit à muneribus, vide hic D.Goth.

l.Nati ex.29.

Hic casum vnũ habemus, vbi nati ex iustis nuptiis, matris non patris originem sequuntur qui tamen abrogatus videtur, Nou. 38. Iunge hic Nou.8. *cap.2.*

l.Procuratores.39.

Procuratores Reipublicæ, curatores etiã dicebantur, atqui hi erant iudices & cẽsores rerum ad ciuitatem pertinentium *l.3. C. de mod. mulct.*

l.Ex omnibus.31.

De domo sua extrahi quis potest, vt accepiet officium, alias occultator punitur, vide l.103.*ff. de reg. iur.* Retium c.6. *de iure sistendi.*

l.Fabricenses.32.

Qui dicantur Fabricenses, non intellexit sanè hic Accursius. Fabricenses etenim sunt qui arma fabricãt in publicis officinis, quomodo autem & quando à militia soluantur, vide Cuiacium *in l.6. infra de fabricen.* vbi plura dicemus.

l.Omnes iudices.33.

Congruit cum hoc textu *cap.si ext. de consuet, & cap. cum in ecclesia, extr. de simonia. & c. cum haberet, extr. de eo qui dux. in matrim. quã poll. per adult.* An consiliarij torqueri possint, vide hic Bald. Cassiod. *lib.9. Nou.38. l.239. ff. de verb. signif.*

l.Si quis procurationẽ.34.

Dicitur hic procuratoris officium ita vilissimum esse, vt nec iudices nec aduocati procuratores esse possint, vide Vurmſ. *l.1. obs. cap.18.*

l.In filiis decurionum.35.

Nota hic quod aduocatione fungi decurio potest.

l.Exemplo.36.

Ad hunc textum facit *cap. ex parte tua, ext. de offi. deleg.* iunge hic *Nou.38.c.6.*

l.Quotiescumque.37.

Priuilegia impetrata in fraudem curiarũ non valent.

l.Ne quis officialium.38.

Nota hic præsides subiici præfecto prætorio *vt in l.quilibet.1.* Cassiod. *l.Tripar.9. & 6. cap.7. Nou.133. cap.42.*

l.Curiales.39.

Decuriones nullius domus patrocinio tueri se debent.

l.Quilibet.40.

Principales sunt decurionum primi procuriarum amplitudine, interdum plures, interdum pauciores, puta decem, vel viginti viri. Ammian. 17. Euag *libro 3. cap.42. l.2. supra de exact. tribut.*

l.Decurio.41.

Nota hic concessa alicui immunitate ab oneribus personalibus, nõ videri cum liberatum

ratum ab aliis oneribus, quę breuiter expedire potest, vide Roman. *sing.17.* an auté senectus excuset à decurionatu, vide hic D. Gothofredum.

l. Militaribus. 14.

Dux ille an comes sit, in plerisque libris, ita legendum esse existimat Cuiacius, vide l.2. *ℨ. ne offi. militar. iudic.*

l. omnes qui. 43.

Quod de officiorum priuilegiis ait, congruit cum l 17.28.32.35.*&* 39. quod de rescri ptis 19 36.*&* 37 adde hic l.31. *&* l.39. *supra eo.*

l. Nullus. 44.

Hac de re dixi *in* l.29. *infra hoc titulo*, à matre nemo rectè habere potest, quod ipsa mater non habet.

l. Ad subeunda. 45.

Munera iniunguntur dignissimis ac potioribus.

l. Nominationum. 46.

Ad huius loci intellectum, vide Lapũ *alleg* 55. facit hic c *cap. quod sicut, ext. de elect.* vbi per Innocent. *& cap. ecclesia vestra, cum gloss.* 1. *extr. eod. tit.* Nominatio decurionis non fit irrita, quorundam decurionum absentia.

l. Curiales. 47.

Curiales sunt sub iurisdictione pręsidis, etiam si honorati sint titulo comitis cõsistoriani, vel ordinis primi vel secundi.

l. in successione. 48.

Huius legis sẽsus hic est, non tantum natos, sed & posthumos curialem fortunã patris sequi, quia de re Cuiacius hic.

l. omnes qui. 49.

Iunge hic *Nou.45. in principio, l. curiales, supra de hæretic.*

l. Omnes omnino. 50.

Curiam deserere nemo curialis potest l.55. *infra eod. tit.*

l. Quamuis prouisum. 51.

Huic coniungenda est l. *penult. supra de rescind. vend.*

l. Quis tam. 52.

Nemo cogitur munera ciuilia iterare vel continuare, æquum enim non est aliis idoneis existentibus, qui nõdum munus vllum curię attigerunt, eos qui attigerint iterum pręgrauari, aliud igitur dicẽdum esse apparet, si ciuium sit inopia l.3. ℨ. *quẽ. ciu. mun. ind.*

l. Duumvirum. 53.

An duumuiri imperium, an verò iurisdictionem habeant, declarat Cuiac. *lib.2. sent. Paul.* Cicero 2. *Agraria l.26. D. ad municipalem*, l.39. D. *de verbor. signif.*

l. Generali lege. 54.

Ordini in decurionem manus iniectio est, si præsidis desit copia.

l. Si quis decurio. 55.

Conferenda est hæc lex cum l.188. *C. Theo.* quoniam hic multa omissa sunt l. *præscriptionem*, ℨ. *de præscrip. 30. vel 40. annor.*

l. Alexandrinis. 56.

Hæc lex cum tribus sequentibus, iunctáq. l.1 ℨ. *de Alex. princip.* pertinent ad Curiam Alexandrinam institutam à Seuero Imperatore, & sumptę sũt omnes ex vna eadémque Nouella Theodosij: vide plura apud Cuiac. hic. & Gilbertũ Regium 2. *enantioph.* c.20. Robert. 2. *recept. lectio.* c.29. Spartian. *in Seuero*, Strabo *lib.*17.

l. Quinque summates. 57.

Summates vocat principales, siue primates vt etiã legitur in Codice Theodosiano, pulchrè in hanc legem, Alciat. *ad lib.3. Cod.* Symmachus *in epistolis.*

l. eum qui triginta. 58.

Vide hic l.33. *supra hoc eod. tit.*

l. Si quos spontaneos. 59.

De Hypomnematrophis, vide Strabon. *li.* 13 *Georg.* qui autem dicantur hypomnematographi ignorauit Accursius, ideo vide ad eius intellectum quæ notat Alciat. hic, vide l.2. §.7. D. *de administ. rer.* Cuiac. *lib.9. obs. c.35.*

l. Nullus qui. 60.

Vide l.21. *in fi supra de episcop.*

l. Neque Dorotheum. 61.

A generali constitutione vt liberi ante illustratum patrem suscepti in curia retineãtur, hęc lex excipit familiam Dorothei viri illustris, & filij eius Irenæi viri spectabilis, adde l.62.63.64. *&* 65. *infra eodem.*

l. si ille. 62.

Nihil est in hac lege nisi confirmatio l.22. ℨ. *h. t.* hoc tãtum addito, vt à filio huiusmodi conuentio incipiat, non à cæteris liberis, Ammian. *libro* 20. Herodian. *lib.*4. Procop. 1. *de bello Persico. l.1. in fine ff. ad municip.*

l. Doctitij. 63.

Vt illustris non est filius natus, ante illustrem dignitatem patris, ita filius regis non videtur dicendus is, qui natus est antequam pater regno potiretur, quo iudicio cõtendit contra Darium fratrẽ maiorem Xerxes olim & vicit, secus tamen est in senatorum &

decurionum filiis *l.11.* § *de dignit.* & in filiis patronorum fisci *l. vlt.1.* vide *l.11. infra de dignitatibus*.

l.Neminem.64.

Quo casu quis per substitutum seruire potest, id facere periculo fortunarum suarum debet *l. decreto, ff. de adminis. tutor.* Nota autẽ hic hanc legem pertinere solum ad orientale imperium.

l.Diuæ memorię.65.

Leges futuris legem imponunt non præteritis *Nou.73. cap.9. in prin.*

l.Curialibus.66.

Huius constitutionis ad Demosthenem meminit idem Iustinianus *Nou.*30.

Tit.32. Si seruus aut libertus ad decurionatum aspirauerit.

Libertus qui non habet ius aureorum anulorum, nec est restitutus natalibus, decurio factus cum pœna remouetur à curia.

l.Si libertus.1.

Notandum hic est, meliori olim conditione, fuisse, natalibus restitutos, quàm anulo donatos. hi enim honore augebantur, nec conditionem mutabant, cum tantum & munia dum viuebant ingenuitatis habebant *l. falsa ff. de cond. & demonst.* Loquitur autem hic de lege Viscellia, de qua supra.

l.Præses.2.& vlt.

Si seruus ignarus suæ conditionis, aspirauerit ad honorẽ curiæ, illæsus domino redditur, neque dubitari de hoc potest in ignaro pariter huius facti domino, Iuuen. *Satyr.* 3. Cicero 13. *familiar. & 15. epist. ad Atticum, & 2. Agraria, & pro Milone.*

Tit.33. De prædiis decurionum, sine decreto non alienandis.

Huius decreti formula extat apud Cassiodorum *libro 7. variar. pag.*178. vide *l. vlt.* § *de iure emphyteutico*.

l.si quis.1.

Non valet venditio prædiorum curialium nisi fiat causa probata apud acta præsidis *l. 25. de off. eius qui vic.* vide Cassiod. *lib.7. & lib. 9.* Nouella Maioriani *de curialibus.*

* Explicatur hæc lex à Fachineo *Controuersiarum iuris, lib.1.c.20.*

l.nec venditio.2.

Nota hic quod ditiores pauperioribus præferuntur.

l.Curiales.3.& vlt.

Decuriones vendere non possunt sine decreto, alios contractus non prohibentur celebrare, vide Bartol. *ad l. fin.* vbi Iason. *nu.57. Cod. de iure emphyt.* Dec. *ad l.2. si cert. petat. in 1. lect. in princip. col.4. numero 15. & in 2. lect. nu.* 19. Fab. de Mont *in tractat. de empt. & vend. in vlt. q.4. q. principali, nu.21. Nou.67. & 38.* Forcat. *Necyom. dial.*19.

Titul.34. Quando & quibus quarta pars debetur ex bonis decurionum, & de modo distributionis eorum.

l.Si decurionum.1.

Loquitur hæc lex de extraneo hærede decurionis.

l.Meminimus.2.

Dec. *in l. quæ dubitationis tollendæ 81 ff. de reg. iur.*

l.si quis curialibus.3.& vlt.

Huius legis sententiam exponit Iustinianus *in Nou.*18.

Tit.35. De impònenda lucratiua descriptione.

Lucratiuorum legendum, vel *lucratiuis*, existimat Contius. De lucratiua descriptione, vide *l.1. supra de apoch.*

l.Descriptionis.1.& vnic.

Lucratiui Tituli sunt hereditas, legatum, fideicommissum, donatio causa mortis, donatio inter viuos. dos verò, donatio propter nuptias, emptio, permutatio non sunt tituli lucratiui. Cuiac. *lib.15. obs. c.36.* Plin. *in Panegy.* Dec. *in l 33. D. de reg. iur.*

*Fachineus *libro 1. Controuersiarum c.91.*

Tit.36. De præbendo salario.

Salarium constitui nõ potest ordinis decreto sine iussu principis. Salaria autem sunt quæ ad victum dantur *l.4. D. de decret.*

l.Nulli.1.& vnic.

Menoch. *de arbit. iud. lib.1. q.46.* Hęc lex quomodo accipiatur, vide hic Cuiac.

Tit.37.

Tit. 37. Si curialis relicta ciuitate rus maluerit habitare.

Curiales omnes reuocantur ad ciuitatem & ad curiam, & locus in quo ruri habitant publicatur.

l. Curiales. 1.

Curialibus interdicitur, ne ruri habitent, sicut in titulo *infra de decurionibus*, ne captent solitudines, lauras, secreta, vide *l. penult. supra de rescind.*

Tit. 38. De municipibus & originariis.

Quot & quæ faciant municipes, declarat hic Cuiacius. Originarij autem opponuntur voluntariis.

l. Cum te Biblium. 1.

Biblius (teste Alciato in hunc locum) vrbs est in Phœnicia non longe a Libano Vienna, & Beryto, iunge hic l 29. *D. ad municipalem.*

l. Si vt proponis. 2.

Non solum manumissi sequebantur conditionem manumittentis, sed etiam ipsorum filij l. *filij l. assumptio, §. vlt ff. eod. l. 17. §. ex causa, D. ad municip.*

l. Filios apud. 3.

Filij sequuntur originem patris non autē matris, iunge l. 1. §. *qui ex duobus, D. ad municipalem.*

l. Origine. 4.

Ius originis nō mutatur quia naturale est, nec translatione dominij mutatur, nec adoptione, proinde is qui adoptatur duarum ciuitatū est municeps, in patria sua iure naturali, in patria adoptatoris iure ciuili, naturalis in patria nō amittitur: ciuilis amittitur soluta adoptione, contrarium tamen vide *in l. vlt. D. ad municipalem.*

l. Si quis cum. 5. & vlt.

Originem mutare non potest, incolatus occasione.

Tit. 39. De incolis, & vbi quis domicilium habere videtur, & de iis qui studiorum causa in alia ciuitate degunt.

Incola est qui in aliquo loco habitat, inde dictus quod valde colat prouinciam in quā se contulit, vt pote cum propter eam aliam relinquit, de qua mutatione, vide Gloss. *in l. ciues, h. t.* vbi ponitur differentia inter municipem, incolam & ciuem, vide l. 239. §. *incola, D. de verb. signif.*

l. Non tibi. 1.

Incolatui renunciari potest, origini autem non item, vide hic optimè hic D. Gothof.

l. Nec ipsi. 2.

Seneca 19. *epistol.* Plin. *lib. 5. c. 29.*

l. Est verum. 3.

Qui in territorio & finib. alicuius ciuitatis sedes posuit, licet in ciuitate non moretur, incola est eius ciuitatis *l. pupillus, §. incola,* D. *de verb. signif.* l 35. *D. ad municip.*

l. Cum neque. 4.

Incolam non facit sola domus vel agri causa sine laris collocatione l. 53. C. *Th. de decur.* Cuia. *lib. 14. obs. c. 12.*

l. Si in patria. 5.

Loquitur hic de incola qui domicilium habet in vxoris patria.

l. Priuilegio. 6.

Nota hic municipes alios esse origine, alios voluntate.

l. ciues quidem. 7.

Incolæ à municipibus siue ciuibus quomodo differant, vide hic Cuia. vide post Bar. hic, & ad tit. præcedētem, Felin. *ad c. Rodolphus. n. 13. & seq. ext. de rescr.* Ias. *ad* l. *huiusmodi, §. legatū. n. 14. de leg. 1.* idē Ias. *ad* l. *si is qui pro emptore, nu. 244. de vsucap.* Iacobus Valen. *in tract. de arbit. iudic. lib. 2. cent. 1. cas. 66. n. 20.*

l. Senatores. 8.

Hæc est pars l. 2. *supra vbi Senatores.*

l. Mulieres. 9. & vlt.

Vxor à marito mutuatur honorem non econtra.

Tit. 40. De honoribus & muneribus non continuandis inter patrem & filium, & de interuallis.

Interualla sunt vacationum tempora.

l. Sicut. 1.

Facit hic l. 21. §. I*mperator. D. ad municip.*

l. Ab honoribus. 2.

Vide Dionem 53. Ciceronem, Liuium *li. 7.*

l. interualla. 3.

Ne interim interpellemini, eruditissimus Cuiacius perspicuè legendum esse ait, *ne iterum interpellemini*, idque & libri veteres confirmant, *&* l. 525. *de decur.*

¶ Ad huius legis intellectum, vide Scip. Gentil. *Parerg. lib. 1. cap. 1.*

Tit. 41. De muneribus patrimoniorum.

Munus quid sit, declarat hic Cuiac. quótve modis accipiatur, vide Brant.

l. Ciuilia. 1.

Ad hanc legem, vide Luc. de Penna. A muneribus patrimonalilibus nullum excusari, *ibid.* Luc. vide etiam Iacob. Rebuff. & Cuiac. in voce *per ordinem*.

l. Munera. 2.

Facit *ad hanc legem, tit. D. de decurio. vacatis, & de annon. & tribut. in fraud.* de verbo gratia pro causa, vide Archi. 1. *q.* 1. Luc. de Penna, Iacob. Rebuff. & Cuiac.

l. qui immunitatem. 3.

Immunitate legibus concessa, corporalia munera remittuntur, non pecuniaria, neque tamen corporalia omnia, etenim tutelæ remissæ non censentur, quòd eas necesse sit nominatim remitti l. *non tantum*, §. *eos*, *&* §. *seq.* D. *de excus. mun.* vide Brisson. *select. antiq. lib.* 3. *cap.* 11.

¶ Hic quærit Luc. de Penna, an bona patrimonialia principis subeant canonicas functiones, vide Iac. Rebuf. *ad hanc legẽ*, & Cuia.

l. Non videtur. 4.

Hic dicit Luc. de Pen. sententiam non esse præcipitanter ferendam, & equos alere esse munus patrimoniale, Pollic. *lib.* 4. c. 4 Bart. l. *per glos. infra quando prou. non est nec.*

l. Neque tempore. 5.

Neque annus septuagesimus, neque numerus quinque liberorum, excusat à muneribus patrimonialibus, vide Ferdinandũ Paës *in tract. de excus. parentum, ob nu. lib.* vide Angel. hic, & Rebuff. *tit. supra de decur.* l. *si quis* 2. & Cuiac. *in hac lege.*

l. Professio. 6.

Philosophia non excusat à muneribus patrimonialibus l. 8. *de professor.* l. *in honoribus*, §. *vlt.* D. *de vac. mun.* Vide *in hanc legem*, Iac. Rebuff. & Luc. de Penna, qui disputat etiam, an doctor licitè petat mercedem sui laboris.

l. Etiam minores. 7.

Minor ætas non excusat à muneribus patrimonialibus, plena autem immunitas est, omnium munerum immunitas, tam personalium quàm patrimonialium.

l. Nec protostasię. 8.

Pyrrhus legit *prostasia*, verùm prostasia principalitatem significat, vide hic Alciatum. Sacerdotum autem munus quo quis fungitur ludis in honorẽ Dei alicuius institutis, præest cum sumptu aliquo. Talis fuit Alytarchia, Asiarchia, Syriarchia, Phœniarchia, vide Cuiacium.

l. Patrimoniorum. 9.

Sexus non excusat a patrimonialibus, at verò à personalibus, qua de re alio loco dicetur infra.

An beneficium ecclesiasticum concedendum, ei qui sufficiens patrimonium habet, Luc. de Penn.

l. quantum ad. 10.

Extraordinariæ indictiones quæ dicantur, declarant hic Cuiacius & Luc de Penn. Patrimonij muneribus nemo excusatur l. 1. D. *de muneribus*, ne quidem Ecclesia l. *neminem, infra de sacros. eccles.*

Tit. 42. quemadmodum ciuilia munera indicuntur.

Similis est Tit. *in C. Theodos.* Eclo. *libro* 14. *titul.* 3.

¶ Ciuilia munera dicuntur, omnia in quibus inspicitur persona eius qui imponit munus; vel iudicis qui officium illud habet *vt* l. *super creandis, supra de iure fisc.*

l. Cùm te curatorem. 1.

Curator ad cogendas angurias, is est qui repellit, adigit, & exhibet angurias.

¶ Quod munus sit Anguria, Luc. de Penn.

l. Maioribus. 2.

Quidam codicęs habent *Maioribus oneribus*, quod doctissimo Cuiacio displicet, quem consule.

¶ A maioribus ad minores vocati rationis non est. Ideò vitio versum Dionysio Tyranno Siciliæ, quòd exul Corinthi se ludimagistrum professus, in triuio pueros doceret Iustinus *lib.* 21.

l. Cum te omnibus. 3.

Eadem est sententia l. 52. *supra de decur.* l. 4. *infra eod.* l. 2. D. *de honor. & munerib.* l. *vnic. infra qui potior. ad munera.*

l. Vltra modum. 4.

Coniunge *l. 3. §. præses, & l. 4. in fi. D. de muner. & honor.*

Tit. 43. De his qui sponte publica munera subeunt.

An munus sponte suscipiens cogatur illud subire, licet aliàs vacationem habeat à muneribus publicis, anque competens sibi priuilegium amittat, vide hic summam Azonis.

l. Veterani. 1.

Renunciat Veterani priuilegio, qui se decurionem creari patitur non excepta immunitate sua, vt l. 5. *in fin. D. de iur. immunitatis, l. 2. l. vlt. de priuileg. veteran.* vide hic Gothofr. & Rebuffum.

l. qui publici. 2.

Qui decurionatum agnouit, immunitatem amittit *l. penult. §. vlt. D. de iure immu.* qui partem decurionatus, veluti bonorum aliquem municipalem, non item l. 1. *hoc tit.*

l. qui conditioni. 3.

Discussor pecuniæ publicæ, operúmque publicorum appellatur pater ciuitatis, vt hic, alibi pater patriç l. 1. *supra de rat. op. pub.* vide Hostiens. & Cuiac. *Nouell. 17. in fin. & 12. obser. 30* l. *vnic. de solut. & liberat.*

l. Eos qui. 4.

In hanc legem, vide Rebuffum, legitimatus an & quatenus succedat, DD. hic de solennitate matrimonij, vide hic Luc. de Pen.

Tit. 44. De iis qui à principe vacationẽ acceperunt.

Cod. Theodos. 12. cap. 1.

l. Nullus. vnica.

Curiali vacatio ad tempus rectè conceditur, ex veris & approbatis causis, puta ad morbum vel ægestatem rescripto principis non in perpetuum l. 14. *& 29. supra de decur.* vide Iac. Rebuff. hic.

Tit. 45. De vacatione publici muneris.

Vacatio publici muneris concessa ad quid prosit, declarat hic Azo.

l. Muneris. vnic.

In hanc legem scripserunt Rebuff. & Luc. de Penn. quędam etiam Cuiacius.

Tit. 46. De decretis decurionum super immunitate quibusdam concedenda.

Decreto decurionum quibus concedi possit immunitas à publicis muneribus, vide Azonem hic.

l. Exceptis. 1.

Decreta à decurionibus, quarum rerum fiant, an autem requiratur decretum in citatione consulis, vide Gloss. *in* l. *actor, 9. in verbo, omnimodo, D. rem rat. hab.* Guid. Pap. *sing.* 422. facit l. 4. *D. eod.* Antistes liberalium artium hic dicitur, vt à Quintiliano Seruius Sulpitius iuris antistes, & à Plinio, Plato Philosophiæ antistes, vide quæ scripsit in hanc materiam Gothof. *in* l. 1 D. *de initiis.*

l. Ordinis. 2.

Huius legis sententia hæc est, Curiales qui honorarias dignitates ex protectoribus, vel ex præpositis adepti sunt, vacationem habere personalium munerum, quod tamen Arcadius & Honorius non admiserunt *in* l. 155. *Cod. Theod. h. t.* Cuiac. hic.

Tit. 47. De excusationibus munerum.

Enumerantur hic casus quibus excusatur quis à muneribus.

l. Etiam hi. 1.

Membrum pro cubiculo accipi patet ex hac lege, *& l.15.D.mand.test.& l.librorum,de legat.3.*

l.deuotissimos 7.

Procinctus quid, & de bellorum generibus septem, vide Luc.de Penn.

l.Archiatros.8.

Ad intellectum huius legis, vide *l. vnic.C. de Comitibus & Archiatris.*

l.Omnes.9.

Priuilegia plura circa idem non concurrunt hîc & Gloss. *in l. 1.sup. de dot.prel.& l. mulieri, D.de condit.& demonst.*

l.Hac lege.10.

Vide in hanc notas Goth.

l.decem.11.

Vide Cuiac.hîc.

l.Ne quid.12.

Vide Nou.134.*& l.7.de erogat.mil.ann.*

Tit. 42. De salgamo hospitibus non præstando.

Salgami appellatione significantur esculenta, quæ ad condiendum valent. Vide Alciat.hîc.

l.Ne quis.vnic.

Forcat.*in penu.iuris,cap.20 l.5.§.solam,supra tit.prox.*adde Roland.à Valle 1. *cons.66.num.4.& 9.*

Tit.43. De commeatu.

Commeatus est abeundi licentia data militi ad tempus, Cuiac.hîc *l.1.& 14.ff.de re milit.*vide Festum in *Remeare,l.2.D.ad municip.*

l.Ne cui.1.

Hîc dicit Luc. de Penn. Necessitatem excusare à furto, à periurio, & à transgressione voti, quem consule. Item. Succurrere qui potest & non succurrit, occidit.

l. Quicumque. 2.

De anni commeatu est *l. 1. sup. in quib. cauf. mil. for. praef.* Luc. de Penna.

l. si quis sine. 3.

Hæc lex contra vagantes, de quibus *l. 2. sup. de primiceriis.*

Tit. 44. De Tyronibus.

Tyro est miles qui nondum adscriptus est in numero fortissimorum militũ, & tyrones in scholis semper posteriore loco ponũtur.

l. Nullus 1.

Pars est *l. 6. C. Th. eod. tit.* Vide *l. 14. in prin. D. de custod.*

l. Quisquis. 2.

Punitur qui alienum mancipium militiæ curauit adscribi Bart.

l. Tyrones. 3.

Vide *l. 1. & l. iubemus, sup. de consulib.* Vide Odoff. & Ang. & Luc. de Penna.

Tit. 45. de littorum & itinerum custodia.

Hic Titulus pertinet ad milites stationarios.

l. Saluberrima 1.

Vide in hanc Iac. Rebuff. *l. ult. C. Theo. eod.* vide Gothof. *ad l. 11. §. 3. D. de publicanis.*

Tit. 46. De desertoribus & occultatoribus eorum.

Vide Harmenop. *6. c. 8.* vide *l. 3. §. desertor, ff. de re militari,* copiosè Luc de Penn.

l. si quis forte. 1.

Punitur hac lege Tyro, miles, desertor & occultator eius.

l. si desertores. 2.

Vide Cuiac. hic.

l. Qui relictis. 3.

Seuerius multa in desertores constituta sunt, quam hic, *ut l. 2. inf. l. ult. in fi. sup. de abolit. l. 4. sup. de re militari.*

Tit. 47. De veteranis.

l. Cum introissent. 1.

Veterani immunitatem habent munerum personalium. Vide *l. 9. C. Theod. de veteran.*

l. Prouidendum. 2.

Vide Symmachum *in epist.* Iulian. Leontio, *& l. 7. & 14. C. Th. de Lus. ancoll.*

l. Veterani. 3.

Veterani qui se ad latrocinia sua conferunt priuilegia sua amittunt.

l. nullus eorum. 4.

Vide *l. eum qui. sup. de decur.*

Tit. 48. De filiis officialium, & militarium qui in bello moriuntur.

l. Hi qui. 1.

Filius ministerium paternum sequi debet, Bart. & glos. hic.

l. Filios. 2.

Vt filij primipilariorum sequantur militiam patris, non curiæ addicantur.

l. si quis quocumque. 3.

Vide And. de Bart. hic, & Odoff.

Tit. 49. De oblatione votorũ.

Id est de muneribus quæ incũte anno offeruntur principi, vt vota pro eius salute *l. si calvitur, 233. § 1. ff. de verb. oblig.*

l. Quando votis.

Cotta in voce *Obrizati,* vide Iac. Rebuff.

Tit. 50. De numerariis actuariis & chartulariis, & adiutorib. scriniariis, & exceptoribus sedis excelsę, cæterorúmque iudicum, tam ciuiliũ quàm militarium.

Varia hæc sunt officiorum genera: porro (vt hoc generaliter dicam) officialium nomina diuersa sunt, vt quia res diuersas tractant, vel quia in diuersis officiis. Vide in hunc tit. Luc de Penn.

l. Vorax. 1.

Cum hac conjunge *l. domus, Cod. Th. de iis quæ adm. vel off. pub. ger. trad. sunt.* vide Cuiac. *ad l. 13. supra de suscept.*

l. Qui numerarij. 2.

Vide *dict. l. 13. supr. de suscept.*

l. Numerarij. 3.

Numerarij præfecti prætorio cingulum & ordinem militiæ retinent, Bart.

l. In prouinciis. 4.

Vide ex glos. hic quid sit fiscus, quid verò Ærarium.

l. Exceptores. 5.

In hanc

In hanc, vide Odoff. & Andr.

l. ne diutius. 6.

Numerarij à communione actuariorum abstinere debet, vide Cuiac. hic.

l. Actuarios. 7.

De vrbis Chimelebæ vel potius Cyreneæ variis nominibus, consule Alciat. hic.

l. Scriniarios. 8.

Sic l. *post mortem, D. quoniam ex fact. tut. &* l. *cum quidam, D. de admin. tut.*

l. nemini. 9.

Vide l. *qui cum vno, §. non omnes, D. de re militar. &* l. 1 *supra qui milit. non poss.*

l. nulli. 10.

Iac. Rebuff. hic dicit Instrumentum carens solemnitate debita non esse sine suspicione falsi, vt etiam Bart. notat.

l. Officio. 11.

Numerarij qui rectoribus parent triennales sunt, at numerarij qui sunt in officio magistrorum militum annui sint, olim erant biennales.

l. per hanc. 12.

Angel. & Odof. consule, vide *Nou.* 128. Ambros. 5. *epist.*

Tit. 51. De cursu publico, & angariis & parangariis.

De cursu publico, multa Alciatus hic non aspernanda, itidem & Bud. *in annot. in Pand.*

¶ Differentiam angariæ & parangariæ, Veredi & parauaredis tractat copiose hic Cuia.

l. Equos. 1.

Vide Corset. *singul. in verbo Conductor.*

l. præsidibus. 2.

Vide *l. iudicibus, & l. non patimur, inf. eo.* Veredus quid & vnde dictus, Luc. de Penn.

l. Euictiones. 3.

Vide *l. grauissime. inf. eod.* & Ang. Bartol. diuersè tamen.

l. Parhippum. 4.

Vide Cossiod. *lib. 4. & 5. variar. epist.* & Julian. in epist. ad Aetium. Qui dicantur Parhippi vide *l. vlt. huius tit.*

l. Si quis. 5.

Ne is cui euictio data est, à canali publico deflectat.

l. Euictionum. 6.

Euictionum copiam facit senatori euocato à principe, Sidon. 2. *epist.*

¶ De iure Canonico, an voluntas sola punienda, differit Luc. de Penn. *in l. supr.*

l. in omnibus. 7.

Vide *l. 34. C. Th. eod. tit.* & Iac. Reb. hic.

l. Vt agendi. 8.

Vide l. 38 *C. Th. eod.*

l. iudicibus. 9.

Facere quis dicitur multipliciter, Luc. de Penna.

l. Grauissimæ. 10.

Grauissimè puniuntur ementes & vendētes res publicas quæ vehuntur.

l. nullus euictione. 11.

Vide l. 44. C. *Th.*

l. Quoniam veredorum. 12.

Quid sit auerta ex Græcis interpretibus fideliter exposuit Budæus *in tit. ad leg. Corneliam, de falsis,* In hanc, vide Alc.

l. Non patimur. 13.

De Ypocomo, & Sago, Alciat. hic.

l. Publici. 14.

Vide l. 22. *in fi. infr. eod.* Consuetudo in publici cursus exhibitione seruāda, vt hic, & Corset. *si gul.* De cohortalibus apparitoribus, Basil. 1. l. 7. *C. de cohortal. l. officiales, sup. de episc. & cler.* vide l. 10 *infra de cohortalibus.*

l. Si quis vel. 15.

Pars l. 53. C. *Th.*

l. His tantummodo. 16.

Ioan. Aurpachus *lib. 1. sing. alleg. cap. 9. & lib. 2. cap. 31.*

l. Nemo. 17.

Hac lege coercetur qui hippocomum sollicitat vel receptat.

l. Animalia. 18.

Ne prouinciales vltra debitum onerentur, Bart. *in l. qui insulam, §. qui mulas, D. locat. flor. in l. si seruus seruum, §. rupisse, D. ad l. Aquil.* & Alex. *in l. si vt certo. C. commod.*

l. Comperimus. 19.

Vide l. 1. & 2. *supra vt rust. ad null. obseq. deuoc. & in Auth. de man. princ. § illud.*

l. Nemo. 20.

Vide l. 9. *sup. eod.* l. 66. *C. Th. eod.* & Synopf. *eod. cap. 20.*

l. Nullus. 21.

Coniunge *cum* l. 11. *de sacros. eccles.* l. 1. & 2. *supra de quibus muner. & l. vlt. in fine, D. de muneribus,* Eccl. *lib. 5. tit. 1. ex libro 56. tit. 17. c. 21. & 22.* vide etiam *l. 22. de sac. Eccl.*

l. Cursum. 22.

Vide Cuiacium hic, Synopf. Basilic. *ex lib. 56. tit. 17. c. 22.*

l. iubemus.23.

Vide l.1.*supra eod.*

Titul. 52. De tractatoriis & statuis.

Quid sint tractatoria,hîc optimè declarat D.Got.eorum officium declarat hîc Alciat. cum interpretatione loci statiui.

l. Tractatoriæ. 1.

Vide l.*pen.supra tit.1.*

Tit.53.De apparitoribus præfectorum prætorior.

Tres legatos proconsulem habuisse,Alcia probat,contra l.*pen.de offic.eius cui.*

l.Præfecturæ.1.

Cuiac.*lib.12.obs.cap.3.*

l. Præfectianos. 2.

Veget.*lib.3.c.3. tot.tit.Cod.Th. Ne præfectiani exactores,vel &c.*

l. Cornicularij. 3.

In hanc legem, vide Cuiac.& l.1.*sup.eod.*

Tit. 54. De apparitoribus præfecti vrbis.

l. Præter.1.

Apparitores qui dicebantur,hîc tradit Luc. de Penna.

l.Quicumque.2.

Vide Glossam hîc.Vrbariiaranus qui pistorē cōcutit, pistorum corpori addicitur Bart.

Tit.55. De apparitoribus magistrorum militum, & priuilegiis eorum.

l. Qui sese.1.

Vide Auth.*vt li.mat.& auie,*l.3.§.*pen.*D.*de re milit.*

l. qui in officio. 2.

Vide l.*scrinarios,supr.de testam.milit.l.scire,* §.*sufficit,D.de excus.tut.*

l. Probari. 3.

Hæc lex desumpta est *ex §.probari autem l. 4.tit.14. Nou.Th.*

l.Numerarios.4.

Vide l. 1. *de Comitib. rei milit.* Vide Iacob. Rebuff.hîc.

l. Eos qui.5.

Facit ad hanc legem l.*item veniunt,*§.*illud, D.de pet.hered* & nota quæ scripserunt Doct.. *ad auth.de defens.ciuit.*§. *interim,collat.3.*

Titul. 56. De apparitoribus proconsulis & legati.

l. Officio. 1.

Nota hîc quod magistratus ciuitatis debet esse membrum ciuitatis, Bartol.hic.& Andr. de Bar.

l.Apparitioni tuæ.2.

Apparitores quadringentos proconsul Africæ olim habuit.

l. in proconsularis.3.

Prouinciarū quædam proconsulares, hoc autem verbo Græci intelligūt Asiam,& Corinthum,Cuiac.Africam l.11.,*supra de erogat. mil.ann.*

Tit.57. De apparitoribus comitis Orientis.

l. in officio.vnic.

Sexcentos apparitores comes Orientis habuit,ad hoc facit *Auth. de iud.*§.*is qui causas,coll.6.*

Titul. 58. De cohortalibus & principibus cornicularis ac primipilaribus.

Cohortales sunt officiales præsidum vel consularium & correctorum. Vide Alciat.& Gothof.*ad* l.14. *supra de cursu pub.* & *ad* l.10. *infra eodem.*

l.Omnes stationarij.1.

Stationarij sunt ex cohortalibus, l. 1.*supra de curios.*& l.6.*supra de dignit.*

l. Nullus.2.

Vide l.9.*infra de diu.offic.*

l. Solita.3.

De munere bastagiæ tractat Alciat.

l. Officia.4.

Vide in hanc Ang.& Iac.Rebuff.

l. Quicumque.5.

Nota ex hac lege antiquorum causam esse semper præferendam, l.*postliminium,*§.*filius, D.de capt.* & l.1.§. *& generaliter,*D.*de ventre inspiciendo.*

l. Si apparitor.6.

De co-

De cohortali criminis reo, & latitāte præses prouinciæ cognoscit.

l. Ordinariorum. 7.

Ordinarij iudices in libris nostris sunt præsides viri clarissimi, non viri spectabiles vel illustres, *l. 2 ff. de prox. sac. scrin.* Vide Alc. *hic* & Speculatores quinam dicuntur, non autem Spiculatores, *l. diuus de bon. damnat.* & Martell. *6. vers. 17.* Vide apud Cuia. *6. obseruat. 3.*

l. Speciebus. 8.

Ad intellectum huius legis, vide *l. septem, ff. de erog. mil. ann.*

l. Per Illyricum. 9.

Ad hanc Bart. & Iac. Rebuff.

l. Quicunque. 10.

De cohortalibus, vide præallegatos *ad l. 14. de curs. pub. & ad princ. huius tit.*

l. Si quis ex grege. 11.

Vide *l. 13. l. 14. infra eod. & l. 13. sup. de offic. rect. prouinc.*

l. Si cohortalis. 12.

Qui maiores dicuntur, vide ex *hac lege, & l. 22. § nec domum. sup. de adm. tutor.* De Apothecarij voce, vide Cuiac. 8. *obser. vlt.*

l. Nullum. 13.

De his qui ad aliam militiam, vel dignitatem adspirant.

l. Quisquis. 14.

Vide *l. 11. & 12. sup. eod.* Vide etiam *c. si motu proprio, extr. de prebend. lib. 6.*

Titul. 59. De apparitoribus præfecti annonæ.

l. Apparitores 1.

Est quidem præfectus annonæ sub dispositione præf. vrbis, & vterque annonæ ciuilis curā agit, sed separatas apparitiones habēt, quas lex confundi & commisceri vetat, *l. 1. C. de cond. in pub. hor.*

l. Præfectus. 2.

Facit *l nemo carcere. sup. de exact. trib.* Cōtra, Bald. *in l. 1. sup. de her. vend. & in l. cum possessor, de censib.*

Tit. 60. De diuersis officiis & apparitoribus iudicum & probatoriis eorum.

Multiplices officiorum differentias, tradit hic Luc. de Penna.

l. Si quando. 1.

Honor alicui debetur propter merita propria, & non aliena Ouid 13. *Metarmop.* Cic. *contra Sallust.*

l. Nullus. 2.

Facit *l. prohibitum, inf. de iure fisci*, Bal. *in l. 2. sup. de lib. & eor. lib. & in l. 2. sup. de manum. vindict. & in c. at si clerici, col. 4. extr. de iudic. & melius in c. officij, in fi. de elect. & in cap. post translationem, in vlt. not. rerum.*

l. Nullus. 3.

Cotta in voce stractores, Briss. *lib. 1. sel. c. 12.*

l. Qui vel. 4.

Vide Aug in hanc.

l. Quicunque. 5.

Contemptus quando punientibus sit, tradit hic Luc. de Penna.

l. In his officiis. 6.

Infamis tabellio esse non potest. vide ad l. *vniuersos, sup. de decur.* Luc. de Penna.

l. Ad splendidioris. 7.

Grammat. *decis. 23. à num 9.*

l. Viros. 8.

Citatur hæc constitutio *in Nou. 109.* Vide Gothof. *ad tit. rubr. de Quæstor. & magistris off.*

l. Probatorias. 9.

Vide l. *vlt. sup. de murilegulis*, Edictum Iustiniani 8. & 13. vnde dictæ probatoriæ, vide l. 7. *C. Th. de priuilegiis eor. qui in sac. pal. milit. l. 6. sup. eod. l. 10. infra eod. l. 5. sup. de offic. Mag. off.* Vide ad alia Goth. *notas.*

l. Hac sanctione. 10.

Vide Nou. 26. & Cuiac hic.

Tit. 61. De executoribus, & exactoribus.

l. Ne per. 1.

Vide l. 7. § *iudices de exactorib.*

l. Quicunque. 2.

Synops. Basil. 7. *tit. 4. ex lib. 56. tit. 17. c. 53.*

l. Siue ex. 3.

Vide Gothof. notas in hanc.

l. Nullam. 4.

Vide *l. 10 C. Th. eod.* Clarigationes seu Represaliæ prohibitæ, vt *l. vlt. supra de agro deserto, & Nou. 52 c. 1. No. 118. c. 4. l. vn. sup. vt nulli ex vicaneis.* Alius pro alio teneri non debet, ob id solùm quod sit eiusdē ciuitatis vel vici, l. 1. *sup. vt nullus ex vican. l. 4. sup. de iure fisci.*

l. Contra nostra. 5.

Cũ hac cõcordat *l. defensionu, sup. de iure fisci.*

l. Sancimus. 6.

An leges bonorum publicationem tantum imponente sint correctæ, Luc. de Penna.

l. Quilibet. 7.

Nou. 118. c. 10. l. exigendi, sup. de procurat. Accurs. *in l. non solùm, §. 1. D. de procuratorib.* Vide Cuiac. 12. *obs.* 22.

Tit. 62. De lucris aduocatorum, & concussionibus officiorum seu aduocatorũ.

l. Si quis. 1.

Turneb. *l b. 29. aduers. c.* 10 Coniunge *cum hac l. leg. 3. sup. de exact. & l. 3. sup. de aduoc. fisci.*

l. Præter. 2.

Vide Cuiac. hic. De interpretatione vocis scholastici pro aduocati, quo nomine primũ nuncupati Rhetores, vt Corn. Tacit. scribit, *lib. de oratorib.*

l. Quotiens. 3.

Vide Cuiac. hìc.

l. Curialibus. 4.

Vide in hanc Ang. & Iac. Rebuff.

Tit. 63. De primipilo.

Primipilus est decurio primæ cohortis, de primipilo Corrasius *l b. 9. M scell. c. 4.* Claudius Coteræus *de iure militum, cap. 22.* Alc. hic Veget. Theod. Hermopolit. *lib. 9. tit. 9.* Cuiac. *l. 3. sup. de cohor. princ.*

l. Commoda 1.

Vide *l. pater, ff. de a imend legat.*

l. Obtentu. 2.

Vide *l. 1. sup. de condit. ex leg.* Nota ex hac lege quod fideiussor coram suo iudice conueniri debet non coram iudice principalis debitoris, vide Bald. *in addit. ad Specul. in tit. de competent. iud. vers. laicus*, & ibi Specul. quod limitabis in persona priuilegiata, *vt in scholaris*, vt not. Bald. in Auth. *habita, col. 6. sup. ne filius pro pat.*

l. Vtilitas. 3.

Vide Gloss. *hic & Ang.* & Cy. *l. 1. sup. de cad. toll.* Bart. *l. 1. D. sol. matr. 4. oppos.*

l. Cùm ex sola. 4.

Vide Bartol. & Iac. Rebuff.

Titul. 64. Publicæ lętitię vel Consulum nuntiatores, vel insinuatores constitutionum, & aliarũ sacrarum vel iudicialium literarum ex descriptione, vel ab inuitis ne quod accipiant incommodum.

Ant. Contius *lib. 1. ... cap. 14.*


l. Quicquid. 1.

In hanc scripsit Iosephus Moinardus Vercillensis, & And. Alciat.

l. Constitutio. 2.

Hæc lex est epitome 2. *partis, 26. const. Græc. sup. de Episcop. aud.* Vide *Nou. 118. c. 16.*

Finis librorum* XII. *Codicis.



INDEX ANTIQVAE ET NOVÆ P. B. INTERPRETATIONIS TAM NOVELLARVM Iustiniani quàm Leonis & quorundam Imperatorum.

PRÆFATIO.

Nouellarum Constitutionum nomen præ se fert volumen hoc, nempe quæ post Codicem repetitæ prælectionis sunt editæ, & ratio hæc fuit, quoniam maluit Iustinianus in aliud separatè volumen transferre quàm toties faciem Codicis aliis atque aliis quotidiè adiectis immutare, ut ipse testatur in l. vnic. Cod. de emend. Cod. *verùm quoniam præcipua harum Constitutionum pars reperitur in Codice, in quo satis supérque di×i, ideò ne bis eadem repetantur summatim explicaturus sum.*

Authenticæ seu Nouellæ Constitutiones.



IN has Nouellas scripsit Iacobus de Beluiso, Iacobus Cuiac. And. de Malatinis, Angelus de Vbaldis, Bartolus de Saxoferrato, Bartholomæus Bologninus, Iulianus Antecessor Constantinopolitanus, has Nouellas Iustiniani de Græco in Latinum transtulit.

Liber Constitutionum Nouellarum Iustiniani.

Hæ Iustiniani Constitutiones quo sermone editæ fuêre, vide Cuiac. 8. *obs. cap. vlt.* Molinæum *q.1. de vsur. nu. 67.* Quare autem Nouellæ ita appellentur declarat D. Goth. hîc. Cur etiam Authent. Alciat. *2. parerg. cap. 46.* Harmen *lib. 1. tit. 1. §. 9.*

Collationes.

Hic liber in nouem collationes distinctus fuit.

¶ Continet hæc collatio 1. sex Titulos, de quibus ordine dicemus.

TIT. I. De hæredibus & Falcidia, & si hæres legata soluere noluerit.

Ad intellectum totius huius Tituli vide Ioannem Patricium. *const. 1.* Extat autem in reginæ bibliotheca nouus & breuis in has Nouellas Titulorum index, quem Latinum vide apud Cuiac. *tom. 4. f. l. 332. & seq.* Hæc Nouella ad quos pertineat optimè declarat hîc D. Gothof.

Occupatis nobis.

Pro faciliori totius huius principij intellectu & præcipue vbi de Vandalis loquitur, lege Antonini historiam. *de Iustiniano Imperatore in 2. volumine.*

Tzani.

Qui populi hi fuerint declarat hic D. Go. Sed horum meminit Procopius & Agathias *lib.5.* Apollon. *lib.1.*

In deuoto.

Elegans fuit quibusdam temporibus deuoti & indeuoti significatio, qua de re, vide l. 8 *Cod. de vectig. l. in fraudem & l. mediterranea Cod. de annon.*

§. Primum itaque. 2.

Nota hic testatorum alios lege cogi, certam hereditatis portionem quibusda relinquere, alios vero non. Quod autē legitima adscendentium & descendentium, siue etiā collateralium secūdum naturam debeatur, vide l.7. *Cod. de bonis dam.*

Cap. His igitur. 1.

Collige ex initio huius cap. voluntatem defuncti esse implendam: vt notat. l.27. *in pr. ff. de condict. & demonst.* quod tamen distinguendum est. cōditioni enim prohibitæ heres impunè non paret.

Iudicis admonitus.

An vnica tantum sufficiat monitio terminique assignatio. Vide Ioan. de Imol. *in ca. si heres,* & scribētes *in cap. nos quidem, extr. de testam.* adde Gomes. *tom.3 cap.1. de delictis, numer.24.*

¶ An filius institutus à patre, detrahere possit duas quartas, Falcidiam videlicet, & debitam iure naturę, vide hic Bart.

§. Et hæc quidem. 2.

An & quæ pœna sit extranei heredis contumacis, declarat hic textus.

Cap. Hinc nobis. 2.

Loquitur cap. hoc de lege Falcidia, hinc scripta est Authentica. *sed cum testator. C. ad leg. Falcid.*

¶ An & quis sit modus citandi declarat hîc Bartol.

§. Fiat igitur. 1.

Quænam personæ cogantur ad inuentarium faciendum, vide Rebuff. *tom.1. tract. de senttēt. prouis. art.3. Gloss.3.* An & quę sit forma inuentarij, notat hîc Bart. Plura de huius forma vide apud Firmanum *in suo aureo repertorio. vers. inuentarium heres facere tenetur vers.2. & in vers. heres inuentarium.*

§. Si verò non fecerit. 2.

An quartæ deductio prohiberi possit à testatore vide apud Hotoman. *consilio primo. Repe. 4 fol 163. num.201.*

¶ Ad Gloss. in verb. *misse,* v. Soc. *in Reg. 429.*

¶ An filius non faciens inuentarium priuetur quarta debita iure naturæ, an Trebellianica, vide hîc Bart.

¶ Ad Glossam in verbo *substantiā* vide Iason. & Doctores *in Auth. præterea super Gloss. in verbo l. cuples,* & Ias. *ibi Codice unde vir & uxor,* & ibi Boet.

Cap. Nō autem dabimus. 3.

An agnoscens voluntatem defuncti possit postea pœnitere quo ad id quod agnouit, vide hic Bart.

Cap. Illud quoque. 4.

Notandus est hic locus propter verbum Relinquo, quod nempe trahatur ad institutionem, qua de re vide quæ notat Guill. de Cug *in l.1. num.4. Cod. de sacros. eccles.* Bald. *in l. captatorias. Cod. de testam. milit.*

§. Pupillis autem. 1.

Facit ad hunc §. Glossa *in cap. auditis super verbo minores, ante med. vers. sed an quibus casibus ex. de restitut. in integ.*

¶ An tempus datum ad conficiendum inuentariū currat minori declara vt per Bartol. *hic.*

§. Quia verò duplex. 2.

Quid sit huius §. sensus optimè explicat Cuiac. hic.

§. Quamobrem. 3.

De hac voce *Metropolis* vide quæ notat hîc D. Gothof.

Tit. 2. De non eligendo secundo nubentes mulieres, & alienatione & lucro antenuptialis donationis, & de successionibus earum filiis suis. Nou. 2.

Quis huius Rubricæ sēsus sit, optimè declarat hîc Gothof.

Et antè nos.

Declaratur hoc loco Intentio principalis Iustiniani, & qua ratione motus ad hāc constitutionem componendam: simile proœmiū habēt Nouellæ Theodosij & Marciani,

§. Gregoria. 1.

Proponitur hic Thema, quęstio prima.

Quoniam omnibus.

Concordat *cap.1. cum Gloss. vnica, ext. de secund. nupt.*

§. Quia

§.Quia vero.1.

Ad intellectum huius loci vide Nouell. 22. *cap.23.& l.5.Cod.de secun.nupt.*

cap.3.Cum igitur.

Ex hoc loco desumpta est Authent.*ex testamento Cod.de secund.nupt.*

§.Antenuptiali.1.

An &quando priuilegium dicatur mutari, persona mutata,vide hic Bart.

cap.Aliud verò.4.

Mulier secundo nubens amittit proprietatem donationis propter nuptias, qua de re vide *Auth.sed si aurum,Cod.de secund.nuptiis.*

cap.illud quoque dudū.5.

Hinc sumpta est *Auth.Sed qua nihil,Cod.de pact.conuent.*

Dos promissa & non soluta,quando repeti possit soluto matrimonio,vide hic Bart.Ad textum hic & glossam magnam.adde Guid. Pap.*decis.430.sup.*Afflict.*decis.333.si dos,* Sylua Nup.*lib. 2.num.75.*Boer.*decis.22. an bona,* Phan.*in tract. de luc.dot.sub rub. in verbo restituenda num.23.*

Titul.3. Vt determinatus sit numerus clericorū sanct. maior.eccle.& cæterarum Ecclesiarum Constantino politarum, Nou.3.

Ad intellectum huius Rubricæ, vide *cap. quoniam,extr.de vita & hon.clerico.& ca.constitutus cum glos.extr. de rescript.*vide Iulianum patricium.*Const.5.*Qui autem dicantur clerici, vide *l 2.C. de episcop.& cler.*

Dudum.

Redditus appellatione an & quid veniat remissiuè,nota autem hic quod vltra substātiam expensæ non sunt faciendæ.

cap.Sancimus.1.

De præbendarum diuisionibus hoc loco tractatur,vide *cap.minor.169.extr de praebend.* An ecclesia bonis cedere possit Roman.*sing. 561.*Socin.*reg cedens.*

§.Quapropter.1.

Notandus est hic numerus præsbyterorū, diaconorum,subdiaconorum, lectorum, ostriariorū,cantorum,maioris ecclesiæ Constantinopolitanæ,qua de re est l.4. *Co.de sacros.eccles.*vide *cap.vlt.Neosafanensis Synodus.*

cap.Illud quoque.2.

Ad intellectum huius Nouellæ coniuge Nou.5,*inf.cap.7.*

Ad textū hic & glossam magnā,adde Guid. Papæ *decis.430.*suprà Affl.*decis.333.Si dos* Sil. nupt.*lib.2.nu.75.*Boer.*decis.22.an bona* Phan. *in tract. de lucr.dot. sub rub.in verb.restituenda, num.23.*Constituitur autem hac Nouella ne clerici in aliam migrent,sicut etiam de monachis alibi.

§.in aliis.1.

De Schemate,vide hic Glossam.

cap.Sicut autem.4.

An & quibus bona ecclesiæ distribuenda sint,D.Gothofr.hic.

Titul.4. De fideiussoribus & mandatoribus , sponsoribus & solutionibus , Nouell.7.

De fideiussoribus vide quæ notaui *in tit. l.46 florum.* vide Iulianum Patriciū,*cōstit.3.* An &quando fideiussor conueniri possit ante reū principalem,optimè Placentinus hic.

¶An possit quis priuilegio huius constitutionis renuntiare,vide *l.si quis in conscribēdo, Cod.de pact.*

¶Si creditor habet pignus à debitore , an possit fideiussorem cōuenire.*l.inter eos,§.creditor,D.h.t.*

Legem.

An fideiussor conueniri possit nulla facta excussione principalis. An & quæ actio cedi debeat,vide hic Bart.

cap.Si quis igitur.1.

De hoc cap.desumpta est *Auth.præsente,C. de fideiussor.*

cap.sed neque.2.

Cuiac.8.*obs.19.*Fab.Acoramb.*ad l.naturaliter,§.nihil commune, D. de acq.poss. nu.144.*vbi Ant.Rub.*num.238* Coras.*nu.76.*Io.de Vicomercat.*ad l.edita,Cod.de eden.num.145.& seq.* & ibi Corn.*n.28.*Franc Viu.*li.1.comm.opin.in verbo actio hypothecaria,*Zoann.*ad l.3.C.de eden.num 55.*

cap.quod autem.3.

An creditor inuitus cogatur accipere rem insolutū hoc est aliud pro alio,vide hic Bar. vide etiam quæ notat D.Gothofr.*in l.3.D.de reb.cred.* An & quādo iuratoriæ cautioni stetur,vide Paul.de Cast.*in l.fideiussor,§.1.D.qui satisd.cogant.& in l.si constante,§.ff. solut.matrimonio.*

§.Et absolute.1.

Creditor quis dicatur vide *leg.10.D.de verb. significat.*

Titul. 5. De Monachis Nou.

Vide *Nouel.123.*

Conuersationis.

Continetur hîc laus vitæ monachalis,qua rúmue scripturarum peritus esse debeat declarat hoc loco,adde Nou.*6.cap.4.*

Illud igitur.cap.1.

Dicitur hic monasterium non esse ædificandum ignorante episcopo, qua de re est *Nou.*131.*c.*7.

Hinc autem.cap 2.

Ex hoc §.desumpta est *Auth.verum.Cod.de episcop.& cler.*

§.Et dum.1.

Plin.*lib 7.cap 59.*

Vicesimum & centesimum ætatis annum.

Quousque vita hominum excurrere possit,ex placitis quibusdam philisophorũ,vide Plin supra dicto loco.

Cogitandum.cap.3.

Constituit hoc c.Imperator, vt monachi communiter dormiant & habitent,& ad huius loci intellectum,vide Cuiac.hic.

Si quis autem.cap.4.

Continetur hîc pœna monachi, desertoris.

l.Illud quoque cap.5.

Ad huius loci faciliorem intellectum,vide Auth.*ingressi.Cod.de sacrosf.eccle.*&Auth. *nunc autem,Cod.de epis.& cler.*

¶An filiusfamilias qui ingreditur monasterium exeat patriam potestatem, vide hic Bartol.

l.Si verò.cap.6.

Quod monachi ex vno monasterio in aliud migrare non possint,declarat Cuia.hic

l.Si verò relinquens.cap.7.

Idem dicit in superiori cap.

Si quis autem.cap.8.

Monachis nõ licet vxorem ducere noc etiam concubinam.

Ordinationem.cap.9.

Agitur hîc de electione & creatione Abbatis,vnde notabilis hîc quod ait Bar.homines honorandos esse secundum virtutes.

§.Quæcunque.1.

Legibus familiare est,pœnas cœlestes religiosis personis proponere.

Tit. 6. Quomodo oporteat episcopos,& reliquos.clericos ad ordinationẽ adduci,& de expensis ecclesiarum.Nou.6.

Aliter inscribitur hæc Nouella à Cuiac. nempe *de episc.& cler.*

Maxima quidem.

Maxima dona Dei sunt sacerdotium & imperium.An&quale sit munus sacerdotum declarat hic textus.

Sancimus.cap.1.

Quid inquirendum sit prius in electione episcopi,vide hic textum,qua de re est *Nou.* 123.*c.*1.

§.Et neque.1.

Ad intellectum huius loci,vide *l.53.Cod.de episc.& cler.*

§.Neque enim.2.

Pro *enim* quidam legunt *etiam*,vt in manuscripto,quæ lectio verior est,est enim distinctum caput a superiore.

§.Et neque.3.

Quis episcopus ordinari debeat, declara vt hic.

§.Neque filios.4.

An imperiũ procedat ex electione, an ex successione. An & vnde processerint donationes & regna,declarat hîc Bart.

§.Sed neque.5.

Loquitur hîc §.de simonia, quæ committitur,lingua,manu & obsequio.

§.Sed neque.6.

Is qui in episcopum ordinatur eruditus esse debet,concordat,*cap.tanta, & cap.* 1.*extr. de summa.*

§.Prius autem.7.

Episcopus fieri non potest qui vxorem habet,qua de re facit,*c.2.in epist.2.ad Thimoth.*

§.Sed etiam sic.8.

Legendæ sunt episcopo antiquæ ordinationes &canones ecclesiasticæ,denique quid in electione episcopi necessarium sit,declaratur hoc loco.

§.Et hanc non.9.

Hic §.pertinet *ad cap.6.de Simonia.*

§.Si quis autem.10.

Concordat ferè *can.illud dist.*23.& consilio Chalcedonensi 4.

Et il-

Et illud. cap. 2.

Hoc ad similitudinem quodam modo ciuilis magistratus est introductũ, cui nec vnam quidem noctem licebat abnoctare, l. *illud, D. de off. praf.*

Non autem. cap. 3.

Ad intellectum huius loci, vide Nou. 123. *cap. 9.* & quæ ibi diximus, notatur etiam hîc episcoporum gradus, quos vide.

Hæc autem. cap. 4.

Hæc est secũda pars huius Authenticæ in qua agitur de Clericis, qualiter & qui scilicet sint eligendi.

¶*Principium & Fundamentum*, Concordat *c. causam matrimonij, in Glos. vlt. in prin. extra de probat.* & habetur Ecclesiastici, *cap. 26.* vbi dicitur omnis ponderatio nõ est digna continentis animæ.

I. Neque autem. cap. 5.

Coniunge cum hoc cap. Nouel. 123. *c.* 12.

Quanta igitur. cap. 6.

De diaconissis loquitur Cuiac. *in Nouel. 3. pag. 46.*

Semel autem. cap. 7.

Agitur hîc de clericis in aliã vitæ formã transeuntibus.

Sed neque. cap. 8.

Quæstio hîc est de expensis ecclesiarum, & de multitudine clericorum non facienda.

§. Quæ igitur. 11.

Vide l. *6. in fine, C. de summa trinitate.*

Collatio. 2.

Tit. 1. De non alienandis aut permutandis rebus ecclesiasticis immobilibus, aut in specialem hypothecam dandis creditoribus, sed sufficere generales hypothecas. Nou. 7.

Vide Iul. Patricium *consti. 7.* De forma obseruanda in alienandis rebus ecclesiasticis vide Proem. *const. cum Gloss. 5. num. 5.*

Vnam intentionom.

De alienatione bonorum ecclesiæ, vide *l. iubemus. C. de sacr. eccles.*

¶An redditus annui computentur inter immobilia, *vide hic* Bart.

¶An inuita ecclesia quis petere possit rẽ malè alienatam, vide hîc Bart.

§. Lex itaque. 1.

De iure coloniarum, vide l. 24. §. 1. *Cod. de sacrosan. eccles.* & quę ibi notauit Gothof. Alciat. 1. *praterm.*

Nos igitur. cap. 1.

Facit ad hunc §. Gloss. *in capit. auditis, super verbo minoris, post princip. ex. de restit. in integ. l. vlt. Cod. de sacrosf. eccles.*

¶An & quando bona mobilia ecclesiæ alienari possint, vide hîc Bart.

Vt autem. cap. 2.

An exceptio confirmet regulam in non exceptis vide Felyn. *in cap. quoniam frequẽter, C. vt lite non contest.* an exceptio firmare aut ampliare regulam possit. Bartol. hîc.

§. Si nimis. 1.

Hic sumpta est Authent. *sed & permutare C. de sacros. eccles.*

¶An priuatus immẽsam donationem ecclesiæ sine insinuatione facere possit, vide hîc Bar. Clar. 4. *sentent. §. donatio. q. 17.* Tiraq. *tract. de priuileg. piæ causæ, priuil.* 124.

Emphyteusim. cap. 3.

Emphyteusim ecclesiastica non transit ad extraneos Bald. Paul. de Castro & Alexand. *ad l. etiam, solut. matrim. in materia* vide Dec. *ad cap. in præsentia. & in consil.* 171. Gozad. *cons.* 39 Afflict. *decis.* 100. Paris. *cons.* 84. & 85. *lib.* 4. Forcatul. *in Neryom iur. dial. 19. nu 6.* Gozad. *cons. 71. num. 3.* Rip. *in tract. de peste. sub tit. de præseruat. remed. contra pestem. num. 155. & ad l. 1. ff. de priuil. credit.*

§. Quia verò. 1.

Rei ecclesiæ quæ conceditur in emphyteusim quæ & qualis debeat esse pẽsio, vide hîc Bart. verũ pro faciliori huius loci sensu, vide Authent. *perpetua C. de sacrosf. eccles.*

§. Scire autem. 2.

An propter canonẽ non solutum emphyteuta cadat ab emphyteusi ipso iure, vel per sententiam, ánve ipse morã purgare possit Bart. hîc.

¶An quis factum suum à se possit retractari, & in eo pœnitere inuito aduersario vide Dyn. *in c. quod semel placuit, extr. de reg. iur. in. 6.* Concord. 12. *q. 1. & in cap. solita, ex. de maior. & obedien.*

¶An quis dicatur *paracius*, Vide Alciac. 1. *praterm.* in hac ipsa dictione, in cuius quidẽ verbi etymologia multũ aberrauit hîc Accursius vt colligere est ex supra dicto loco Alciati.

V.

§.Neque illud.3.

An emphyteuticarius pacisci cum episcopo possit, vide quæ notat hîc Doct. Gothof.

Si quis autem.cap.4.

Res ecclesiæ quot & quibus casibus alienari permittantur, vide hîc Bart.

Quia vero.cap.5.

Colligunt hîc doctores in delictis cõsensum esse aliquem ex quo nascatur naturalis obligatio, vide Gloss. *in l.1.§. bestias.in verb. honorari.ff.de postul.*

§.Si quis autem.1.

Continetur hîc pœna priuati ex causa permutationis rem ecclesiasticam accipientis.

§.si autem permutatio.2.

Imperatori licet rem immobilem cum ecclesia permutare.

cap.si autem creditor.6.

An & quomodo ecclesia locupletari possit cum aliena iactura, vide hîc Bart.

§.Si enim omnino.1.

An vestes ecclesiæ specialiter, aut generaliter pignori dari aut obligari possint, pluribus disputat hîc D.Gothof.

cap.si verò.& 7.

Quibus pœnis subiiciantur hi qui perpetuam emphyteusim contraxerint, perlege hunc textum.

§.Hæc igitur.1.

Nota hic pœnam tabellionis conficientis instrumentum veritũ in rebus ecclesiasticis qua de re est.*l 14 §.3.Cod.de sacrosf.eccle.*

cap.iisdem pœnis.8.

Collige ex hoc §.vasa sacra non esse alienanda, & qui alienat, incidere in pœnam de qua superiori cap.dixi.

cap.Quia verò.9.

Falsum non videtur quod veritatis primodio adiuuaturr

§.Oportet.1.

Nota ex hoc loco publica priuatis esse anteponenda.

cap.si tamen.10.

Loquitur cap.hoc de administratore qui rem ecclesiæ alienauit.

Et sacrilegij.

Sacrilegij tenetur qui rescriptum in perniciem ecclesiæ impetrat.

cap.Quia verò 11.

Monasteria vel loca venerabilia in quibus sacra ministeria solitum est adhiberi, vẽdi, permutari, donari vel aliter alienari non possunt, quod si contra factum fuerit pro infecto haberi debet. adde hîc etiã Angelũ.

cap.sicut autem.12.

Hic §.ponitur, *C.de sacrosf.eccle.l. vlt.& 10. q.2.§.sicut autem.*

§.Hæc omnino.

Certis casibus potest quis accusare sine metu calumniæ.

Tit.2. Vt iudices sine quoquo suffragio fiant. Nouella.8.

Quid sit suffragium, vide hîc D. Gothof. est Tit. Cod. *de suffragio.* vide hîc Cõtiũ hoc autem suffragiorũ genus sustulit Iustinianus hac Nou.

Omnes nobis.

Imperator noctes insomnes degere debet, vt subditi sub omni quiete consistant. Seneca 1.*de beneficiis 9.in fine.*

§.Cogitatio.1.

Auaritia malorũ mater præsertim in iudicio vt Luc.12.*vers.15.*

Puris vti manibus.

Nota hîc manus puras esse oportere iudicibus *cap.auaritia.ex.de præbẽd. & dignitat. cap.nam concupiscentiam.ex.de constit.*

cap.Hęc omnia.1.

De magistratibus sine suffragij datione creandis, vide Platon.*libro 12.de legibus.*

¶Adde Bald. *ad c.statutũ.el.1.de hered.in 6.* Paul Castr.*cõs.86* & ad textũ & Glos.in verbo *reuerren.* quòd consilium ab vxore sumẽdum sit Chass. *in Ca al g. glor.mun.2.par.12. cõsid.* plura de suffragiis, vide hîc apud.Cuia.

cap.illud tamen.2.

Quot olim fuerint vicarij in oriẽte Africæ diœceseos, vide hic textum & Gothof.

¶*Capitum.* Quid sit Capitum, vide Tit.*C. de annon.& Capit.* Cicero ad Atticum.*lib.5. epist.116.vlt.* vide Marcellinũ *lib.22. historia.*

cap.Hoc autem.3.

Loquitur hîc de vicario Ponticæ sublato, qua de re Bald.hîc. Nota autem hîc quod nõ licet deffensori ciuitas vicarium copulare.

cap.Nulli quoque.4.

Nulli iudicum vicarios mittere licet: quo loco notabilis derogari Titulo *de officio eius qui vicem alicuius iudic.obtinet.*

Cap.Hoc.

cap. Hoc autem. 5.

De comite Orientis & consulari siue præside Syriæ, vide l. 1. *C. de off. com. orient.* Sed de minuto iure comitis orientis vide Cuiac. 8. *obs.* 21. vide Nou. 17. 128. 134. vicarij munus erat exsequi sententias præsidum.

cap. Volumus. 6.

An præses iurisdictionem habeat in militibus. An milites dicantur priuatæ personæ necne, vide hic Bart.

¶ *Vr uare cingulo* quid hoc sit, vide *l. 2. Co. vt dignitatum ordo. &c.*

cap. sic igitur. 7.

Quod iuramentum sit à præsidibus præstandum, declaratur hoc, & an aliter quàm per Deum iurari possit, gloss. hic. Quod etiã sit magistratus officium, vide Cicer. *epist.* 1. & Cassiodor. *lib.* 11. *va. cap.* 8. Corn. Tacit. *li.* 4. Nota autem substantiam iuramenti præstandi à magistratum inituris.

cap. Eos autem. 8.

Quod & quale sit iudicis munus constat ex hoc loco. est enim præsidere instar patris erga filios, qua de re est *lex.* 4. *C. de deffens. ciuit.* Apulei. 4. *florid.*

§. si quis autem. 1.

Iudex administrando iudicium furari repertus, aut aurum pro administratione dans, tribus hic insertis pœnis punitur, vide l. 31. *Cod. de episco.*

cap. necessitatem 9.

Hinc sumpta est *Authentica. Si verò Cod. vt omnes iudices.*

¶ An acta per testes probari possint vide *cap. quoniam contra falsam extr. de probat. &* l. *prætor. §. Marcellus. ff. de iudiciis.* Quo temporis spatio tutores se possint excusare, vide glossam hic.

cap. illud videlicet. 10.

Facere quis debet id quod euitare non potest.

§. non sinimus. 1.

Nota hic iudices prouincialibus parentum loco esse debere.

§. Oportet. 2.

Iudices si puras manus habuerint fulgent gloriæ: è contra si furta commiserint, puniũtur. Facit *cap. cum instantia, in princip. extra, de censib.*

cap. itaque Deo. 11.

Imperator hoc loco hanc constitutionem Deo consecrat.

cap. Quod autem. 12.

An & quam iurisdictionem habeant iudices aduersus priuilegiatos & de quibus priuilegiatis hoc intelligatur, declarat hic Bar.

§. Quia enim. 1.

Nota hic iudicem à quocunque auxilium petere posse quod Gallico sermone exprimimus *main forte*. ita vt, *vn iuge peut demander au premier venu main forte.*

cap. interdicimus. 13.

Inhibitores violentiarum qui hic dicantur, vide hic D. Goth.

cap. iusiurandum. 14.

Leges non trahuntur ad præterita.

Traditæ nobis.

Episcopi munus quod sit, declarat hic D. Gothofred.

cap. Si verò. 1.

Loquitur hic §. de deffensoribus ciuitatum qua de re non est huius loci dicere.

Quantam.

Circa hanc constitutionem, vide textum *& gl. ff. in cap. sicut episcopum. 1. q. 2.* patet autem hic quanta fuerit Iustiniani Imperatoris potentia, qui tot, támq nobiles prouincias sub imperio suo gubernauerit.

§. A proconsule 2.

De proconsulibus Asiæ, vide historiam fori Romani.

§. A vicario. 5.

Longus murus erat diuidens Persas ab Imperio Romano.

§. A iudice Palestinæ.

De Palestina meminit Cuiac. *in Nou.* 103.

Titul. 3. Iusiurandum quod præstatur ab his qui administrationes accipiunt.

Nouell. 8.

Iuro ego.

Isidor. *lib* 9 *cap.* 10. Lucicius 3 *placit.* 7. *nu.* 1. Dec. *in l. sæm. D. de reg. iur.* Oldendorp. *in Topicis, in loco ab authoritate & praiudiciis, num.* 5. potestates nostri temporis iurare debent observare statuta, & deinde non habẽt potestatem statuendi contra, vide Dec. *ad Rub. Cod. qui admitti, 3. lect. num.* 20. vbi limitat nõ habere locum quãdo noua causa superuenerit, quia in iuramento intelligitur rebus sic stãtibus, *l. quod secus, de condict. ob caus. l. si. qui satisd. cogant.* limitat etiam non habere locum quando iudex facit ingressum in die feriata, & in illa eadem die iurat seruare statuta quia dato, quod postea non obseruet non indicit

in periurium, Ferr.*caut.3.*limitat etiam non habere locum in impossibilibus, quia nō tenentur facere, Socin.*ad L. centurio, num.20.ff. de vulgar.*

Tit.4. Vt ecclesia Romana centum annorum gaudeat præscriptione, Nou.9.

Cuiac.*lib.5.obs.cap.5.& cap.31,& 34.de temporibus.*

§. Habeat itaque.

Vide Balbum *in tract. præscrip. 1.par. princ. q.5.num.7.cum seq.* Alciat.*ad Rub.extr.de præsc.* Ann.*de cano.ad* Rub.*de vsucap.num.28.& seq.* Socin.Iun.*cons.145.nu.90 lib.1.* Parif.*ad d.Ru. extr.de præscript. num.8.* Aricl.Pinel.*ad Auth. nisi tricennale, Cod.de bon.mater.numer.* 40 *fol.* 627.

Vt legum.

Suidas hanc legem per fraudem latam fuisse ait, fuit autem Latina lingua conscripta, ideóque in omnibus editionibus Græcis deest.

Tit.5. De referendariis palatij. Nou.10.

Vide Iulian. *const.*16. Procop.*de bello Persico,* Arno.*lib.4.cap.41.*

Cum aliis omnibus.

Referendarij destinati erant, ad maioris ecclesiæ negotia Principi referenda.

§. Sed apparuerunt.

Vide *cap.venerabilis,extr.de dolo & contumacia,& in Clement.dispendiosam eod.Tit.*

Tit.6. De priuilegiis archiepiscopi, Iustinianæ primæ & sede, P.P. Illyrico, in Pānoniam secundam, id est Iustinianam primam transferenda. Nouel.11.

Vide Gregorium 4.*epistol.59.*

l. Multis & variis.

Cassiodor.3. *variar.* vide allegatos hic à Ry. Gothof.in fine huius Nouellæ.

Tit. 7. De nefariis & incestis nuptiis. Nou.12.

Harmen.6.*Tit.4,* Iulian.*const.32,* Clarus 9. *sent.9.*

l. Pro incestis.

Ante Iustinianum nuptias contrahentes incestuosas impuniti, è contrario eorum filij successione priuati.

cap. Sancimus.1.

Aristot.*lib.8.de historia animalium,* l.6.*Cod. hoc titulo,* Aristot.*lib.5 Ethicor.*

cap. Si verò contigerit.2.

Nota nouum modum soluendæ patriæ potestatis, *L.2.ff.de receptator.*

cap. Et hoc quidem. 3.

Nuptiæ incestæ statim dissoluendæ, *vt l. 4.in fine, supra eod.*

cap. Dubitatum. 4.

Hinc sumpta est *Auth. quod ius, Cod. de natural.liberis.*

Tit. 8. De prætoribus populi Nou.13.

Cuiac.*lib.8.obs.c.vlt.* Harmen. *lib.6.Tit.de dignitat.§.3.*

clarissimorum.

Magistratibus idoneæ appellationes recipiendæ.

cap. Nos igitur.1.

Cicero ad Atticum, Gell. *lib.13. c.14.* Plin. *in panegyrico,* Liui.*lib.7.in princ.*

cap. Quia igitur.2.

Nota hic quod vita semel amissa restitui non potest.

cap. Primum quidem.3.

Quis huius loci sensus sit, vide hic D.Got.

cap. Didicimus.4.

Delatores sunt exploratores, qui magistratibus indicāt fures, hinc delatoria curiositas.

cap. Assistent.5.

Matricarij, Hi erant qui dolabris incendia extinguebant, Vitru.*lib.4.c.2.* qui apud Gallos appellantur, *Charpentiers & Chappuis.*

cap. Sed si transmittatur.5.

Iudices strenui, non sunt ab officio remouendi.

Collatio.3.

Tit.1. De Lenonibus. Nou.14.

Lenones infames esse constat *l.4.§.2.ff.de his qui notantur infamia.*

Et anti-

Et antiquis legibus.
Varro *lib.5.Virgil.4.Æneid.* vide Pap.*22.arrest.9.arrest.14.*

Tit. 2. De defensoribus ciuitatum. Nou.15.
Iunge hic Tit. *Cod. de deffensor.ciuit.*

nisi volociter.
Arist.*lib.1.politicor.cap.5.*

cap interim illud.1.
Tiraq.1.*iure primogenitura* 19. Cai.1.*Inst.tit.* 2.Fel.*in cap.cum dilectu,extr.de rescript.*

cap.nulla existente.2.
Deffensor vicarium sibi constituere non potest.

cap.Et agi apud.3.
An deffensores iurisdictionem habeant cōtentio est, negat etenim Cuiac.probant alij.

cap.Sed neque.4.
Loquitur hoc loco de plus petitione actoris,vt optimé Iulianus notat.

cap.Et à defensoribus.5.
Appellatur à defensoribus ad præsides.

cap. Quia verò.6.
Deffensor à quibuseligatur , vide hic D. Gothof.

Tit. 3. De mensura ordinandorum clericorum.Nou.16.
Vide Nou.3.*cap.1.*& Nou.6.*cap.8.*

Legem nuper.
Quod hic de Constantinopolitana ecclesia dicitur, idem in reliquis aliis statuendum est.

cap.Sancimus enim.1.
Expensæ illegitimæ administratori non reputantur.

Tit. 4. De mandatis Principum. Nou.17.
Ex libris antiquis.
Horum mandatorum mentio fit in l.6.*in fine,ff.de off.proconsul.*

cap.Oportet igitur.1.
An & quæ sint obiecta iuris publici & priuati,vide hic textum.
*Fachineus *controuersiarum iuris lib.1.c.35.*

cap. Deinde conueniens.2.
Cuiac.*lib.8.obseruationum,capite nono.*

cap.Sit tibi quoque.3.
Harmen.*lib.1.tit.6.§.35. & lib.5.Tit.8.§.107.*

cap. Deinde competens.4.
Facit hic *l.26.§.3.Cod.de episcop.audient.*

cap. non permittas.5.
Alciat.*lib.3.præsumpt.cap.33.*

cap.Sed neque.6.
Cuiacius *capite decimo de præscriptionibus.*

cap.Neque autem.7.
De Asylis , vide Petr. Gregor.*33.sintag.21. & 22.*

cap.coges autem.8.
Diodor. *lib.3.cap.3.*& Harmen.*lib.6.Tit.14.* Lampridius *in vita seueri.*

cap.illud tamen.9.
Angariæ,De angariis,vide *Nou.128.& 134.*

cap.Neque occasione.11.
Verat hic hæreticorum quæsitores , Nou. 103. *cap.2.*

cap Oportet autem.12.
Vide Cuiacium *libro sexto obseruationum,capite vigesimo tertio.*

cap. patrocinia quoque.13.
Huc refer Titulum Codicis, *De his qui potentiorum nomine.*

cap.Sed etiam.14.
Cuiacius *libro octauo obseruationum,cap.38.*

cap.Titulos autem.15.
Vide Nouellam Tiberij , *de diuinis domibus,cap.1.*

cap.Mox autem.16.
Metropolis dicitur prouinciæ caput. vt l. 7 *ff.de off.procons.*

cap. Hæc enim.17.
Arma domi tenere nemo priuatus audet, quoniam hoc solis militibus concessum est.

Tit. 5. De triente & semisse &c. Nou.18.
De inscriptione huius Tituli,vide hic D.G.

Iam quidem.
Grassus, *lib.senten.§.legitima,q.42.*Mynsing. *5.obser.cap.40.*

cap. Hæc nos.1.
De legitima liberorum,vide Vurmiserum *in pract.29.obs.9.*Grassum *libro sententiarum,in*

§. testamentis, q. 15. num. 7. & q. 40.

cap. Excipiatur. 2.

Facit hîc Nou. 38. & Nou. 115 *cap. 3.*

cap. Prohibemus. 3.

Cicero *in oration. pro Cecinna*, Grassus *lib. o §t. §. legitima, quæst. 36. n. 23.* Cuia. hîc, *fol. 366.*

cap. Neque illo. 4.

Hinc sumpta est Authentica *Quæ tertia, C. de collation.*

cap. Consideremus. 5.

Erubescimus sine lege loqui.

cap. illud quoque. 6.

Nota hîc quod olim collatio non fiebat ex testamento.

cap. Et quod. 7.

Ex non solemni diuisionis instrumento agi non potest ad diuisionem.

cap. studium. 8.

Turpe est scripturam denegare.

cap. si verò lis. 9.

Loquitur hic textus, de tutore, vel curatore inficiatore.

cap. Illud quoque. 10.

Hinc sumpta est *Auth. possessor, Codic. qui potiores.*

cap. Quod autem. 14. & vlt.

Hunc § declara vt in Glossa in verbo *filios legitimos*, in principio. Hinc sumpta est *Auth. sed noua, C. de naturalib. lib.* Cuiac. *ad* Nou. 14.

Tit. 6. De filiis ante dotalia instrumenta natis. Nou. 19.

An & quando & quo anno lata fuerit hæc Nouella, vide D. Goth hîc.

Peruenit ad nos.

Liberis ante dotalia instrumenta nascendis beneficium à principe datum, ad eos qui iam nati sunt ante dotalia instrumenta ex æquo & bono porrigitur.

cap. Quia verò. 1.

An & quæ sit vis sententiæ & transactionis, vide hic D. Goth.

Tit. 7. De administrantibus officia in sacris appellationibus. Nou. 20.

Aliter concepta est hæc Rubrica à Cuiacio. Quæ autem dicantur sacra iudicia appellationum, declarat hic D. Goth.

iam quidem.

Vide hîc Cuiac.

cap. Complacuit. 1.

Ait cap. hoc, vt sola cohors PP. ministret in eius appellationibus.

cap. sed etiam. 2.

De appellationibus primæ Cappadociæ, vide *Nou. 8. ca 15 §. 36.* Cuiac. *lib. 8. obs. cap. 42.*

cap. Hoc ipsum. 3.

Vide *Nouell. 31. cap. 1. §. 3.*

cap. Quoniam verò. 4.

De appellationibus à prætore Lycaoniæ Iulianus hîc.

cap. Quia verò. 5.

Vide Iulian. *d. constit. 25.*

cap. sed hoc in hac. 6.

Pro intellectu huius loci, vide hîc D. Got.

cap. in quibus. 9.

De Libellensibus, vide *l. vlt. C. ubi Senator, l. 32. Cod. de appellat.*

Tit. 8. De Armeniis. Nou. 21.

An & quare multitudinis numero vsus sit Iustinianus, declarat hîc D. Goth.

Armeniorum.

Ab Armeniis fœminæ olim exclusę successionibus ab intestato, parentũ, liberorũ, fratrum, cognatorum.

cap. sancimus. 1.

Subditi à magistratibus victoribus leges accipiunt.

cap Hęc igitur omnia. 2. & vlt.

Vide Scrimgerum hîc.

Collatio quarta.

Tit. 1. De nuptiis. Nou. 22.

Aliter concepta est hæc Rubrica, nempe de solutione secundarum nuptiarum, & de secundis nuptiis.

Plurimæ quidem.

Facit Paul. ad Heb. *cap. 15. vers. 14. & l. 220. in fine, D. de verborum signif. l. penult. C. o. de incest. nupt.* Nou. 18. *l. donationis, D. de donationib.* Concordat *c. ab excommunicato cum gloss. 1. extra de rescript. & in cap. graue gerimus, cum gloss. super verbo parte, eod. Tit.* Felin. *in c. 2. de off. & pot. iud. deleg. in fine.*

cap. Duo igitur. 1.

Hinc sumpta est *Auth. ad eos. Cod. de secund. nupt.* An volũtas testatoris seruetur pro lege vide Iasi.

vide Iaf. *in l. nemo potest, num.* 2. D. *de leg.* 1. *& in l. filiusfamilias*, §. *diui, num.* 12. *ff. eod.* Guid. Pap. q. 515. Iul. Clar. *lib.* 3. *sent.* §. *testamentum*, q. 61. vide *l.* 1. *in fine principij, Cod. de sacrosanctis ecclesiis.*

cap. Secundum verò. 2.

An vt nuptiæ solo consensu contrahuntur, ita vero ac nudo consensu distrahantur, vide hîc Cuiacium. Iunge *cap. tuas nos iuncta glossa secunda, circa principium, ext. de testament.* Fel. *in cap.* 1. *vers. no.* 7.

cap. nuptias itaque. 3.

Socin. *cons.* 28. *incip. circa primum quæsitum, in principio, cum verbo seq. vsque ad finem, in prima parte.*

cap. Distrahuntur. 4.

Tertullian. *lib. de monogamia*, vide Nouell. 147. *cap.* 1.

cap. Secundum occasionem. 5.

Vide Tertullian. *supra dicto loco.* An mors ciuilis naturali æquiparetur, vide Bart. *in l. Deo nobis, in prin. C. de episc. & cler.*

cap. Per occasionem. 6.

Ex hoc loco desumpta est *Auth. Sed hodie C. de repud.* Facit ad hunc §. *c. proposuisti, cum gloss.* 1. *extr. de probat. & c. laudabilem, de frigid. & malef.* An matrimonium captiuitate dirimatur, vide hic Cuiacium.

cap. Sed etiam 7.

Leo vetat vllo modo contrahi nuptias, nisi planè certum nuncium mortis mariti mulier acceperit, *Nou.* 53 vide quæ notaui *ad cap. in præsentia, extra de sponsalibus.*

cap. Quod autem. 8.

Vide *Nouell. Leon.* 33 An ob militiam derimatur matrimonium, vide hîc Cuiac. Hinc autem sumpta est Auth. *Sed hodie, C. de donat. int. vir. & vxor.* Gypsus quid sit, vide hîc D. Goth. Præterea notabis hunc §. tollere seruitutê pœnę, & ita corrigere §. *pœnæ, Inst. qui bus mod. ius pat. pot. soluit.* Plin. *lib.* 5. *c. vlt.* An damnatus ad mortem efficiatur seruus pœnæ, vide hîc Bart. Voluntas testatoris seruatur pro lege, intellige nisi contrarietur iuris dispositioni, *l. nemo potest, vbi Iason. nu.* 2 *ff. de leg.* 1. idem Iason. ad *l. filiusfam.* §. *diui, num.* 12. D. *eod. tit. in* 2. *lect.* Guid. Pap. *q.* 515. per Iul. Clar. *lib.* 3. *sent.* §. *testamentum*, q. 61.

cap. si verò decretum. 9.

An decretum dicatur sententia diffinitiua, & an seruitus morte æquiparetur, vide hîc Bart. Gloss. *in l.* 1. *in verbo impetrato, C. ad leg. visel.*

cap, si verò ab initio. 10.

Matrimonium an derimatur damnatione in metallũ, vide hîc Cuiac. & hac de re, vide *Auth. ad hoc, C. de Latin. liber.* iunge hic *c.* 2. *extra de coniug. ser.* Seruus à domino derelictus an libertatê accipiat, declarat hîc Bart.

cap. nam si tradiderit. 11.

Ancilla an sit quæ dolosè à domino clara pro libera elocata est, vide hîc D. Goth. An inter seruos sit connubium, dos, & donatio propter nuptias, notat hîc Cuiac. *pag.* 157.

cap. Et multò potius. 12.

Ancilla non est quæ à domino exposita est.

cap. Deportatio. 13.

An deportatio matrimonium soluat, declarat hîc Bart. deportatis autem comparãtur damnati ad triremes, vt hinc colligere possis non dissolui matrimonium ob pœnam triennij. adde hic Cuiac. *pag.* 156.

cap. nouimus. 14.

An desertionis causa nuptiæ sint permissæ, notat hîc D. Goth. vide *can. Constantinus* 96. *distinct.* An & ex quibus causis matrimonium dissoluatur, vide hîc Bart.

cap. Cæteræ verò. 15.

Notantur hic causæ repudiorum & diuortiorum, Clar. *lib. sent.* §. *sacrilegium*, Bellouis. *in praxi. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 46. Harm. *lib.* 4. *tit.* 7. §. 3. Pallad. 2. *epig.*

cap. si verò etiam. 16.

Cuiac. *lib.* 6. *obseru. cap.* 32. vbi de luctu mulierum & festinatis nuptiis tractat, Quint. 5. I*nst. cap.* 10. Valer. *lib.* 2. *c.* 2. *de vsu vini*, Plin. *lib.* 14. *cap* 13. Tertullian. *cap.* 6. *apolog.* Gell. *libro* 10. *cap.* 23. Plin. *supra dicto loco*, adde Halicarnas. *lib.* 2.

cap. Adscriptitio. 17.

An iure nubat adscriptitia libero homini, vide hic Cuiac. Hinc autem sumpta est pars *Auth. ad hoc, C. de Lat. lib. toll.*

cap. Sed à nobis. 18.

Vt cuique tam intra ciuitates quàm extra, mortuos sepelire liceat. Const. 53.

Paul. *lib. 5. sentent. tit. 25. §. 1.* Abrogatur autem hic *l. 3. & 7.* D. *de sepul. viol.* Paul. *1. senten. 21. §. 2.*

Vt dominicis diebus omnes ab operibus vacent. Const. 54.

Huius constitutionis mentionem facit Harmen. *lib. 1. tit. 4. §. 7.*

Præstantissimum.

Iuuenalis 14. & *Satyra 6.*

Vt Iudęi secundum Christianismi ritus viuant. Const. 55.

Abrogatur titulus C. de Iudæis quo permissum erat Hebræis suo more viuere.

De oris maritimis. Const. 56.

Hęc etiam.

Cuiac. *lib. 14. obs. cap. 1.*

Quantum in piscatibus remoræ piscatoriæ inter se distare debeant. Const. 57.

Adde *Nou. 102. 103. & 104. inf. eod.*

Quandoquidem.

Cuiac. *d. lib. 14. obs. cap. 1.*

Ne ex sanguine cibus conficiatur. Const. 58.

Hoc tamen receptum erat temporibus primitiuæ ecclesiæ.

Abrogatio legis quę hominem liberum se vendere permittit. Const. 59.

Optimè hunc locum illustrat D. Gothof. hic.

Qua pœna castratores affici debeant. Const. 60.

De castratoribus, vide *l. 27. §. 28 ff. ad legem Aquil.* Paul. *lib. 5. sent. tit. 23. §. 7.* Huius autem Nouellæ meminit Balsamon, *ad cap. 21. 22. 23. apost.*

virtutis.

Quintil. *declam. 358. 372.* Isidor. *5. etymol. 27.* Diodor. 13. Arist. *lib. 5. ethic.* Gell. *lib. 20. c. 1.* Pet. Gregor. 31 *syntag.* 20.

Tributorũ exactores si plus; quàm debeant, exegerint qua pœna afficiendi sint. Const.

Const.61.

Olim capitali supplicio afficiebantur.

De pœna eius qui rem aliquam publicam vendiderit. Const.62.

Abrogatur hic l.3.& 4.C.*quæ res vend. pos.*

De pœna illorũ qui res vetitas ad hostes trãsuehunt. Const.63.

Hi olim capitaliter puniebantur.

De pœna eorum qui naufragium suppresserint. Const.64.

Vide l.3.*in fine*,D.*de incendio*.

De incantatorum pœna. Const.65.

Adde Photiũ 9. Nomoc.25. Deuteron.18. Leuit.20.Reg.*lib.*1.c.28. Platonem 11.*de legib.*Cassiodor.9.*variar.*18. Dionẽ 52. Herodian.4.Xiphilinum *in Iulian.*Tacit.2. *annal.* Sueton.*in Tyberio*, Colum. *de re rust. cap.*8. Pet.Gregor.34.*syntag.*14.& 15.

De plagio.Const.66.

De pœna plagiarij,adde P.Gregorium 36. *syntag.vlt.*

De iis qui ad hostes transeunt , suáque sponte reuertuntur.67.

Harmen *lib.6.tit.8.in fi.*

Simul nimia.

De pœna transfugæ , adde l.38.§.1. D.*de pœnis.*

Vt monachi & clerici tutores esse possint, sed ab administratione ac pupillorum rectione arceantur. Const.68.

Optimè hic D.Goth.

Cęcos secretò testamentũ facere posse.Const.69.

Paul.3.*sent.tit.* 4.§.4. & *vlt.* Specul. *tit.de test.*Harm.*lib* 5.*tit.*1.

De grassationibus.Cõst.70.

Facit hic l.28.§.10.D.*de pœn.*

De iis qui in locis arabilibus aut vineis ædificaturi sunt. Const.71.

Harmen.*lib.*2.*tit.*4.§.151.

Pręstantissimum.

Cuiac.*lib.*17.*obs.*c.31.

Vt pacta etiã nõ constituta pœna valeãt. Const.72.

Harm.*lib.*1.*tit.*9.§.11.

Vt nemo cũ mulieribus in ecclesiarũ cœnaculis haberet.const.73.

Harm.*lib.*2.*tit* 4.§.27.& 44.46.96.

Ne ante legitimum matrimonij tempus futuris cõiugibus benedicatur. Const.74.

Facit Nou.89. ʒ.*eod.*Harmen.*lib.*5.*tit.*1.§.3

Vt qui viginti annorũ est hypodiaconus creari possit.Const.75.

Phot.1.c.9.

De pœna falsum testimoniũ dicentium sacerdotum. Const.76.

Falsum testimonium dicentes priuantur dignitate.

De falsariorum pœna. Const.77.

Falsi crimen non semper est capitale.

Cum in plerisque.
Clar. 5. *sent.* §. *falsum*, 4. *vers.*

Ne amplius senatusconsulta fiant. Const. 78.
Abrogatur *l.* 9. D. *de legib.* & *senatuscon.*

De pœna sacerdotis, Diaconi, aut hypodiaconi, si post assumptum ordinem mulieri in matrimonium iungatur. Const. 79.
Balsamon. *in cap.* 6. *sexta Synodi.*

Vt purpuræ segmenta & particulæ in publicis mercimoniis sint. Const. 80.
Haud scio.
Dion. 49. Cuiac. *lib.* 12. *obs. cap.* 24.

Ne ex auro & pretiosis lapillis quicquam confieri in vniuersum nefas sit. Cōst. 81.
Vide *l. nulli. C. nulli licere in frenis.*

De testamento resignato. Const. 82.

Quæ fortuito.
Cuiac. *lib.* 17. *obs. cap.* 33.

Vt ad trientes vsuras pecunia licitè mutuetur. Const. 83.

Si à Spiritus.
Clar. 5. *sent.* §. *vsuras*, 20. Harmenop. *libro* 3. *tit.* 7. §. 27.

Vt negotiari, ædificare, muneraq; accipere, vrbis magistratib. liceat. Const. 84.
Harm. *lib.* 3. *tit.* 3. Cuiac. 17. *obs.* 31.

Vt patres qui nuptias non iterant vnius liberorū portionem capiant. Const. 85.
Vide *Nouellam.* 20. *eodem.*

De pœna, episcoporum, sacerdotum, qui se aduocationibus, sponsionibus redempturis, aliisque similibus dedunt. Const. 86.
Facit *Nou. Iustiniani,* 123. *cap.* 6. & *l.* 17. *Cod. de episcop.*

Quia diuina.
Photius 8. *Nomocan.* 13.

De ecclesiasticorum alea ludentium pœna. Const. 87.
Photius 9. *Nomocan.* 27.

Celebribus quibusdam in ecclesia viris Festi dies constituuntur. Const. 88.
Iunge *l.* 3. §. 3. C. *de summa trinitate.*

Ne matrimonium citra sacram benedictionem confirmetur. Const. 89.
Harm. *lib.* 4. *tit.* 4.

Vt qui tertium matrimonium contrahunt, sacri canonis pœnæ obnoxij sint. Const. 90.

Aug. *serm.* 243. Ambrosius *in cap.* 7. 1. *ad Corinth.*

Vt concubinam habere nō liceat. Const. 91.

Abrogatur *tit.* D. & C. *de concubinis.*

Neque minus.

Clar. *lib.* 5. *sent.* §. *fornicatio, vers.* & *in primo*

De pœ-

De pœna eius qui aliquem dedita opera excæcauit. Conſt.92.
Extat epitome apud Harm.*lib.6.tit.1.§.6.*

Tametſi.
Valer.*lib.5.c.6*

Vt ſi ſpõſa ex alio grauida deprehendatur ſponſalia reſcindi poſſint. Conſt.93.
Harm.*lib.4.tit.1.§.27.*

Legis quæ de conſulatu agit abrogatio. Conſt.94.
Quoniam.
Cuiac.*lib.6.obſ.c.9.*

De auulſa terræ cruſta. Conſt.95.
Nouella hæc laudatur ab Harmenopulo, *lib.4.§.152.*

De ſepulchro violato. Conſt.96.
Vide l.8.&9.D.*de ſepulchro violat.*

Quæ delicta.
Petr.Gregor..*33.ſyntag.*14.15.16.

Vt in conteſtatione litis & magiſtratuum initio iuretur. Conſt.97.
Tametſi lex.
Cuiac.*ad Nou.Iuſtiniani* 49.

De pœna Eunuchorum ſi vxores ducunt. Conſt.98.
Legum ortus.
Ambroſ.*lib.5.epiſtol.*

Vt qui iuſiurandum defert, prior de calumnia iuret. Conſt.99.

Quæcumque.
Cuiac.*lib.17.obſ.cap.32.*

De ſeruis qui liberis in matrimonium coniunguntur. Conſt.100.

Leges, quia.
In dubiis cauſarum ſumitur benignior interpretatio.

Vt ſeruis coniugibus ſi alter illorum libertate donetur. Conſt.101.
Iunge hic *Nou.*100.*ſupra.*

De prædiis maritimis ad remoras piſcatorias conſtituendas ſeorſum non ſufficientibus, & vt inuitus etiam ad ſocietatem adigatur. Conſt.102.

Multa cumulatim.
Cuiac. *lib.14. obſ.cap.1.*

De iis qui de maritimis prædiis ad conſtituendas remoras piſcatorias ſocietatem ineunt. Conſt.103.

In ſocietatem.
Interdum qui plus pecuniæ cõtribuit vi pacti non plus percipit ex ſocietate, quàm qui vel minus, vel nihil, operam tamen cõtulit.

De piſcatoriis remoris, inter quas legitimum interſtitium nõ eſt. Conſt.104.
Quandoquidem.
Cuiac.*lib.14.obſ.cap.1.*

Si magistratus aliquis res fiscales furatus esse deprehensus sit. Const. 105.

Abrogatur *l. unica*, C. *de crimine peculatus*. Laudabilis.

Nota hic quatenus iurisperitus antecellat medicum.

De indotatis mulieribus, quãtum, maritis mortuis, ex ipsorum bonis lucrentur. Const. 106.

Harm. *lib. 5. tit. 8. §. 95.*

Vt actor ante litis contestationem porrecto libello iudici fidem suam probet. Const. 107.

Vide *Nou. Iustin. 49. cap. 3.*

De eo qui ad primam denuntiationem iudicio se non sistit. Const. 108.

Harm. *lib. 1. tit. 2. §. 6. in fine.*

Ne intra septimũ ætatis annum spõsalia ineantur, neque ante decimum quintum maribus, aut decimũ tertium fœminis matrimoniũ cõsecretur. Const. 109.

Harm. *lib. 4. tit. 1. §. 11.*

Vt mulier soluto matrimonio dotem suam proptérque nuptias donationem, & reliquam omnem mariti substãtiam in commentariũ conscribat, ac eo prolato resarciri sibi postulet, si quid damni in rebus suis à marito se passam dicat, citra commentarium autem euidétémque probationem nihil petat, aut petendo accipiat. Const. 110. Quum præter.

Phot. *9. Nomocan. 28. 29. & seq.* Harmenop. *lib. 5. tit. 11.*

Vt si vxor mente capiatur, ídque neque dolo mariti, neq; ipso conscio aliorum maleficio fiat, & vltra tres annos id malum duret matrimonium dirimatur, alterámque vxorem marito ducere liceat. Const. 111.

Photius 13. *Nomocanon.* 30. Harm. *lib. 4. tit. 1.*


Vt si maritus per matrimonij tempus in furorem incidat, intra quinquẽnium matrimonium solui nequeat, eo autem elapso, si furor eum adhuc occupet solui possit. Const. 112.

Harm. *lib. 4. tit. 1.*

Vt quemadmodum in aliis structuris lege cautum est, ita etiam subsidialium ambulacrorum structura quæ solaria appellantur decem pedibus à vicinorum ædificiis distent. Const. 113. & vltima.

Harm. *lib. 2. tit. 4.*

Finis Constit. Imperat.



INDEX ANTIQVAE ET NOVÆ CONSTITVTIONVM FEVDORVM INTERPRETATIONIS PETRI BROSSÆI. I.C.

Præfatio auctoris in laudem Feudorum.

* Extant Analysis iuris Feudalis edita in gratiam studiosæ iuuentutis & rationibus tam dubitandi quàm decidendi, qua fieri potuit breuitate illustrata Authore Liborio Haltyserio.

* Controuersiæ iuris feudalis disputationibus xi. enucleatæ in 4°. Marpurgi 1594. Paulus Egenolphius.

MATERIA Feudorum in vsu frequens est & necessaria de rebus arduis agit, hominum præcipuè nobilium negotia tractat, de Feudo Comitatu, Marchia, Ducatu, & Imperio loquitur, cúmque conseruat, auget, protegit, honorat, hostem terret, ac exarmat, ciuitates milite seruat, patritios honore, prærogatiua, Titulis sibi deuincit, populum obsequio fouet, omnium præsidiorum tutissimum sibi refugium parat, extruit, ac in omne æuum duraturum regnum pollicetur. Denique nulla est in toto iure materia, quæ pleniore interpretatione indigeat, quàm ista, ideò in hos Feudorum libros consule Pet. de Cerno. post glossam Nicolaum de Neapoli, Iacobum de Beluiso, And. de Isernia, Bald. Mart. Lauden. Iacob. Aluarot. Patauinum. Math. de Afflict. Pet. Rauen. Eguin. Baro. Franc. Hotom. Iacob. Cuiac. Summam Odof. Iacob. Ardison. Pet. de Bellapertica, Vldar. Zas. & nouissimè Henricum à Rosenthal. Extant cuiusdam Iason. Claud. præludia feudalia, scripsit præterea tractatus Feudales: Paris de Puteo. Adde Tractatus de feudis trium præclarissimorum iurisconsultorum Germanorum Vldarici Zasy, Friderici Schenky, & Francisci Somsbecy, quibus ea quæ ad hanc materiam spectant, accuratissimè & doctissimè tractantur atque explicantur. Claudius Seisellius septies hos libros Feudorum publicè perlegit, Ioannes Drenlerus recognouit, & edidit consilia & paraphrases feudales Sigismundi Loffredi, Harmannus, Eguinar. Baron. Iacob. Aurelian. Math. Vvesembek. Albertus Brunus, Angel. de Horto. Curt. Iun. Francisc. Duarenus, Frider. Schenc. Guillelmus à Perno, Ioan. Bap. Caccialup. Ioan. Bapt. à S. Blasio, Melch. Klingius, Nicolaus Vigelius, Petrus Rebuffus, Petrus Rauen. Guerr. Pison. Iacob. Kleist.

CONSVETVDINES Feudorum.

PRO hac materia sciendum causas Feudales obseruari, & determinari secundum has consuetudines Feudorum, multas secundum ius Lōgobardorum, & multas etiam secundum ius Francorum, vt refert Iul. Ferret. *in addit. ad Bart. in libello Contrarietatū Iuris ciuilis, & Longobardi in proœmio, in fi. addit.* quòd quando de Iure Longobardorum, non inuenitur aliquid cautum, tunc obseruatur Ius Romanum *in d. Libello in rubr. quando & qua pars purg. se deb. nu. 6.* & addit etiam dictū Iul. Ferret. *in lib. contra iur. ciuil. & Longobard.* post Bart. *in proœmio ibi tractat, de vi & potestate Iuris Longobardi.*

* Tractatum nouum de Feudis edidit Petrus Nicolaus Mozzius.

Tit. 1. De his qui Feudum, dare possunt & qui non: & qualiter adquiratur & retineatur.

Fœmina repellitur à successione feudi, *& in cap. 1. §. ad filias, de success. feud. in cap. vnico, an mutus, num. 1. de alien. feud.* adde etiā si expresse dictum fuerit, pro se & descendētibus masculis & fœminis, masculi tamen præferūtur, Decius vbi infra, quæ procedunt, quando concessio est facta in feudum, secus si per viam donationis, quia tunc fœmina admittitur, Dec. *ad reg. fœmina, num. 54. de reg. iur.* vbi in mat. quod in pluribus casibus fœmina in feudo admittitur, & stante iuramento fidelitatis, fœmina semper excluditur, nisi de illa specialiter exprimatur, Alex. vbi per Deciū *d. loco*, & latè Spec. *in tit. de procur. §. 1.* Ad Glos. *in vers. legibus*, Gloss. *ad cap. 1. an mutus*, Bald. Ang. Imol. Paul. & alij *ad l. 4. §. 4 à te, de verb. oblig.* Corset. *in tract. de priuil.* Pac. q 104. *decl.* Ang. *cōs. 89. viso*, Dec. *ad d. reg. fœmina, nu. 53. D. de reg. iur.* Fer. *in trac. de feriis, & induciis, n. 171.*

¶ Quid sit de bonis si statutum vult, quod tertia pars bonorum occidentis applicetur hæredibus occisi? Dic vt per Boer. *deci. 121.* Rom. *sing. 456.* statutum, Alciat. *ad d. §. Cato, col. fin.* Doct. *ad cap. in præsentia, extr. de probat.*

¶ Nota hic quòd omnis non recognoscens superiorem, & qui gerit se pro principe, potest dare in feudum, Paris. *cons. 1. num. 67. libr. 1. in §. 1. in vers. quod hodie.* adde quod nec ex dispositione patris posset fieri, quòd vnus ex filiis, puta primogenitus tantùm vel in maiori parte Feudū acquireret, Paris. *con. 10. col. 1. li. 1* Fallit textus iste in Feudo Marchionatus, Comitat⁹, *vt de prohib. feud. alien. per Fed. in §. præterea*, Ducatus. Limita vt ibi add. *in §. fin autē vnus.* Hoc nō seruatur in Regno Neapolitano, vt testatur Afflict. *decis. 293.* Et hoc intellige in feudo nouo, vt per eū ibi. Vide pro declaratione quæ latè tradit Soc. Iun. *cōs. 103. li. 2. 3.* Et quod in Feudo antiquo frater succedat fratri iure accrescendi, secùs in nouo, & est cōmunis opinio, vt per Paris. *cōs. 6. col. 1. lib. 1.* Et de his, vide quæ add. ad Bart. *in l. si mihi & Titio, col. fi. D. de verb. oblig.*

4 ¶ Limita hunc textū, vt non habeat locum, quando feudum datur à principe vel alio non recognoscente superiorem, quia tūc habebit locum ius accrescendi, vt est cōmunis opinio, vt per Alex *d. l. si mihi & Titio.* Et per Fran. Cur. *in trac. de Feud. chart. 197. in paruis, 2. part. ver. tertio principalis, nu. 70. & 71.* licet ipse postea cōtrariū teneat *in chart. 200. ver. quia tenēdū.* Add. quod cū opinione Alex. tenuit Soc. Iun. *cons. 73. nu. 22. li. 1.* Hæc limitatio dupliciter sublimitatur, vt per ipsū Cur. 202. *ver. 2. principaliter.* Add. quod in inuestitura possūt esse talia verba, quod etiā in Feudo nouo transuersales possunt succedere, vt pulchrè per Paris. *cōs. 6. col. 1. lib. 1.* Si dictum fuit, quòd vult tale feudum esse indiuiduū, nā ex hoc apparet, quòd dominus voluit alterū alicui succedere. Paris. *de cōs. 6. col. 2.* tamē ibi dicit, quod tunc superstes soluet æstimationē partis feudi quæ erat præmortui ipsi domino. Itē alius est casus similis quādo dominus cōcessit pluribus fratribus Feudū in solidū, puta dicendo: Quibuscūque, Nā similia verba distributiua in solidū, & tūc habet locum ius accrescendi, Paris. *d. con. 6. col. 3.* Idē Curt. *in trac. de feu. char. 204.* Limita vbi dicit, quòd si concedens vtitur his verbis. Concedo vobis Petro & Ioanni & cuilibet vestrûm, &c. videtur concessisse in solidum. Ideo habet locum ius accrescendi.

¶ Sublimita tamen hoc vt ibi per eum in præallegato loco. Item quando dictum est: Concedo vobis & cuilibet vel vnicuique, nā hoc casu etiā frater fratri succederet, vt testatur Paris. *d. con. nu. 18. & seq. li. 1.* Sed contrariū videtur tenere Curt. *in trac. de feud. chart. 204.* Item quando vnus recipit pro se & pro alio absente, non habet locum ius accrescendi, vt not. Paris. *in d. cons. 6. num. 23. lib. 1.*

¶ *In glo. frater, circa mediū, in ver. fœmina enim nō, &c.* Add. quartum casum, scilicet, quando pro feudo nullum præstatur seruitium. Item quintum, quādo princeps nō expressè dedit in feudum sed dixit. Donamus castrum, quia

tunc

tunc cẽsetur, mera donatio, non abscisio feudi, & ideo fœmina succedit, vt latè per Dec. *con.32.per totum.* In glo. *legib.* & circa mediũ, vers. *praeterea iure Lombard. filia*, Bal. *in l. Titia, §. Lucius*, D. *leg. 2. & l. pro haerede. §. fin. D. de adq. haer.* dicit hanc Gloss. esse falsam quia loquitur secundum consuetudinem Lombar. secus in aliis locis, & ita refert elegãter, August. *in addit. ad Ang. Aret. in tract. de malef. gl. in verbo comparere.*

¶In gl. *à successione feudi &c.* Ex glos. Iul. Ferret. in addit. à Bart. *in libello cõtra. iur. ciuil. & Longob. in rub. in qua sit potest. iunct. coniu.* Nota, quod de iure Romano iniuria, & in inimicitia contr. remitti, à fœm. secundum Bal. hic secus de iure Longob. nam non potest remittere feudum id est inimicitiam.

Capitanei dicuntur.

A Latinis dici principes aut proceres, tradit Hotoman. sunt tamen qui patricios rectè appellari existiment.

§.1. Et quia.

Vide Beluisan, *vers. quaeritur*, Aluarot. *n.12.*

§.2. Cum vero.

In hunc §. & vers. *licet moderno tempore*, vide Soc. Iun *con 26. n.72. & seq.* Sed declara vt ibi per eum, *n.9.* Limita hunc textum non procedere in feudis illustribus. Comitũ Baronum. Regni, quia in eo succedũt agnati etiã distantes per centum gradus, Dec. *con. 85. n.3.* Soc. Iun. *cons. 76. n. 10. lib 1.* Dec. *in l. certum, C. vnde legitimi, n. 92.* Limita & declara quando immediatè feudum transit, de acquirẽte feudum in collaterales, nam non excedit septimum gradum, secus si cum transiuit ad descendentes, nã tunc agnati succedunt in infinitum, ita Dec. *d. l. certum, n.9.* & pro hac materia, vide omnino Paris. *cons. 3. n. 44. lib. 1. & cons. 5. nu. 30. lib. 1*, vbi dicit quod in feudis, in quibus succeditur ex prouidẽtia paterna, nõ succeditur in infinitũ etiãsi sint feuda ecclesiastica. Item etiam succedunt transuersales.

¶Fœmina repellitur à successione feudi, & *c.1. §. ad filias. de succ. feu. in c. vnico.* An mutus *n.1. de alien. feu. pater.* Adde etiã, si expresse dictum fuerit pro se, & descendentibus masculis & fœminis. Masculi tamen præferũtur, Dec. vbi infra, quæ procedunt quando concessio est facta in feudum, secus si per viã donationis, quia tunc fœmina admittitur, Dec. *ad reg. fœmina, nu. 54. de reg. iur.* vbi in materia quòd in pluribus casibus fœmina in feudo admittitur. Et stante iuramento fidelitatis fœmina semper excluditur, nisi de illa specialiter exprimatur. Alex. vbi per Dec. d. loco, & latè Spec. *in tit. de proc. §. 1.*

¶Ad gl. *in ver. legib. in fin.* vbi quod filia nõ recipit compo. patris sui occisi, idem gloss. *ad capitulum primum. An mutus.* Bal. Ang. Imol. Paul. & alij *ad l. 4. §. Cato, de verb. oblig.* Corset. *in tract. de priuil. pac. q. 104.* declarat Ang. *consil. 89. viso*, Dec. *ad d. reg. fœmina, n.53. D. de reg. iu.* Ferret. *in tract. de feriis & induciis, n.171.*

¶Quid iuris sit de bonis, si statutum vult quod tertia pars bonorum occidentis applicetur hæredibus occisi, dic. vt per Boer. *decis. 121.* Rom. *sing. 456. statutum*, Alc. *ad d. §. Cato, col. fi.* Doct. *ad c. in praesentia, extra de probat.*

§.4. Hoc quoque.

Laudens. *tit.1. num.75.*

§.5. Notandum est.

Facit hic *c. quae in ecclesiarum, extr. de constit.*

Tit. 2. De feudo Guardiæ, & Castaldiæ.

De feudo Guardiæ & Castaldiæ, vide Ias. *in praelud. Feud.* vide etiã quæ notat hic D. Got.

Item illud quod.

Feudorum aliud proprium, aliud improprium, Castaldia est improprium feudum.

§.1. Si verò.

Quis dicatur Castaldus, vide Aluarot. hic.

Tit. 3. Qui successores feudum dare teneantur.

Si verò Archiepiscopus.

Quæ personæ in feudum dare possint, enumerantur hoc loco.

In vers. Successores eorum.

Limita hunc textum quando prælatus cõcessit feudũ propter benemerita feudatarij, quia tunc tenetur successor confirmare, Soc. Iun. *cons. 91. n. 19. l. dudum, Co. Theod. de rescrip.*

¶*Breui testatum.* Dominus Aluarot. *5. tit. 1. §. 1.* dicit breue testatum esse publicum instrumentum.

Tit. 4. Si de inuestitura feudi fuerit controuersia.

Si autem controuersia.

Qui rectè inuestitus est in possessionem mitti debet, deficientibus etiã probationibus. Quot autem testes requirantur ad probandum inuestituram, vide pleniorem *gl. in l. 2. tit. 2. in princ. D. eod.*

§.1.Si verò feudum.

Iusiurandum facilè iuranti non defertur.

§.2.Cum autem quis.

Ei defensio.

Defensionis appellatione in feudis iuramentum intelligitur, vt optimè notat hic D.Gothof.

§.3.Item si vasallus.

An aliud sit feudū aliud guardia,vide Doc. hic Scribentes.

§.Similiter si aliquis.4.

Nota in hoc §.differētiā feudi & pignoris.

§.Si quis de manso.5.

Mansum eodem modo dici quo mansionem existimo,& ita rectè diffinitur à Baldo prædium in quo manent homines.

§.Rursus si aliquis.6.&vlt.

Pro intellectu huius loci,vide Laudensē, Beluisanum,& Rauennatem hic,quæ autem sit huius loci species,vide Iul.Pac.hic.

¶Resoluto iure datoris,resoluitur quoque ius accipientis,de quo vide Beluisanū,Laudensem & Rauennatem hic.

Titul.5.Quibus modis feudum amittatur.

Quia supra.

Vide in materia multa qua posui infra in Rubrica: *Quæ fuit prima causa beneficij amittendi*,& limita hunc textum duobus modis, primò quia antequā vasallus priuetur feudo,trina monitio præcedere debet,secundo intellige hunc textum procedere in feudo, quod habet propriam naturam feudi, alias secus,nam si ego emi à te feudum,tunc illud feudum cēsetur eiusdem naturę,ac alia omnia bona mea allodialia, & vendo sicut alia bona,nam nō possum auferre mihi,licet eis malè vtar,ita nec tale feudum amittitur his modis quibus alia feuda.

¶Adde quod propter ingratitudinē commissam feudū amittitur, si seruiat hostibus domini,Parisi.*cons*.1.*n*.10 *lib*.1. Item si insultent statū vel territoriū domini, vt per Par. *d.cons*.1.Itē si induxit hostes in castro domini,& eorum nauē & vexillum erexit, idem Pari.*d.con*.1.*n*.13.Item si vasallus monitus vt prestet fidelitatē domino,& id præstare recuset,vt in tit.*quæ fuit prima causa benef.amit.* §.*est & alia*,& tradit Paris.*d.cons*.1.*n*.15.Item per rebellionem,vt ibi,*nu*.15,adde etiā valde notabile dictum in materia per Pari.*d.con*.1.*nu*.15.cum seq. scilicet antequam citatatio requiratur in declaratoria vel sentētia priuationis vasalli, adde quod vbi notorium est vasallum esse rebellem,potest sine alia declaratione armis expelli.

¶An & quis dicatur esse ad mortem vulneratus,Bald.hic.

§.Præterea si ille.

An qui consentit alienationi rei suæ perdat eam: An & quādo vasallus feudum alienare possit,declarat hic Bald.

Tit.6.Episcopum, Abbatē vel Abbatissam aut dominum plebis feudum dare non posse.

Item si Episcopus.

Adde inscriptionem Tituli *qui & vice dominus,can.volumus,can.dominus.89.distinct.*

§.Quinetiam.1.

De intellectu huius §.vide Dec.*in l.fœmina,D.de reg.iur n* 54.*ibi* 39.*& cons* 139 vbi secundū hunc textū consuluit quod vocatis in inuestitura masculis & fœminis,tamen prius admittātur masculi. Itē nota quod si inuestitura diceret quod succedant filij vtriusq. sexus, eo casu pariter admittitur tā masculus,quàm fœmina,& ita limitat hunc textū Bal.*in l.quoties,C.de suis & legit.*Dec.latè *cōs.* 108.*col*.2.Item quid si dictum sit succedat simul masculus & fœmina vel masculi cū fœminis,& similibus verbis,vide late per Bal. *in d.l.quoties,C.de suis & legit.*

¶Itē pro intellectu huius §. vide latè Soc. Iun.*cons*.76.*nu*. 112.*lib*.1.*&* 104. *vel* 164.*n*.12. *lib*.2.adde etiam quod per hunc textum cōsuluit,So.Iu.*con*.110.*col*.2.*lib*.2 & quod si facta sit inuestitura vt succedāt masculi & fœminæ,ita tamē quod extātib masculis fœminæ nō succedāt,sed deficiētib.masculis fœminæ succedāt,si extitit masculus qui semel filiā exclusit perpetuò cēsere esse exclusā, nec admittitur etiā postea, si deficerēt masculi,quā decisionē nota,quia videtur cōtra verba illa, *deficientibus*,licet ipse exponat ibi *deficiētibus*,scilicet à principio quādo succedit primo inuestito,nō autē postea,intellige etiā hūc textū procedere in feudo proprio & recto,secus in improprio & cōditionato, Pari.*c*.6.4.*n*.37.*lib*.1.quæ magna est limitatio. Hoc casu si in inuestitura dictū sit masculis & fœminis,tamē dominus derogare potest priuilegio masculorū & inuestire fœminam. Par.*d*.

Par.*d.con.4.n.*40.cum multis sequentibus,& quod hoc casu, quando in inuestitura sunt vocati masculi & fœminæ intelligantur successiuè,vt scilicet primò masculi,deinde eis deficientibus fœminæ succedant, tradit latissimè in terminis,Par.*con.9.col.fin.lib.*2.

¶In feudo fœmina posita in copula cum masculo,non succedit simul cum eo, sed ita demum si masculus non est. De hoc textu latè Dec.*ad reg fœmine,numero* 55.*D.de regul iur.*Cald.*consil* 3.*de feud.*& latè tribus modis declarat Socinus Iun.*consil.*76.*volum.*1. Tres not.resp.post cons.Fulg.*cons.*23.*lib.*1.*n.*45.*& seq.& *56.adde Alexandrum *consil.*9. *ponderatis his,lib.*5. *& consil.*19. *quoniam abunde, numero* 5. *lib.*1.Decium *consi.*139.*circa finem, & cons.*193. *col.*3. Hinc collige in feudis paria esse non extare masculum, vel statim decessisse,statim autem hìc intelligunt ante nomen baptismate impositum,adde Gloss. 14.*tit.*9. *in verbo non extantibus*, ʒ.*eod.* paria itidē sunt non extare masculum vel esse,& repudiare successionem feudi,vt optimè notat hic Gloss.

§.2.Mutus.

Quis sit mutus & an succedat in feudum, quique eū acquirere possint,vide hic Bald. An & quare mutus domino seruire non possit, vide Titulum,ʒ. *de forma fidelitatis.*

Tit.7.De natura feudi.

In principio de hac materia.An princeps possit alicui auferre feudum sine causa,vide Abbatem & alios *in ca.quæ in e. ecclesiam,extr. de const.* communis autem opinio est eum non posse auferre, vt refert Grau.*de antiq. temp.in parte,num.*8.*vers.*Sed tamen iure est: tradit Soc.Iun.*cons.*76.*num.*15.*lib.*1.

¶An Imperator obligetur præcisè ex suo contractu,Bal.hic

Tit.8. De successione feudi.

In principio in vers. *succedunt tantum,&c.* Sed qualiter procedat,vide Dec.*in cons.* 389. & per hūc textum d. Paris.*cons.*10.*col.*1 *lib* 1. quòd pater non potest primogenito tātùm relinquere feudum In ver.*nulla ordinatione.* Adde quod princeps non potest confirmare inuestiturā vasalli factam contra formam inuestituræ & in præiudicium agnatorum, vt per Alex.*cons.*130.*in fi.*Nota tamen quod si vasallus instituerit aliquē qui de iure succedebat,valebit eius testamentum & datur possessio hæredi *ex l.fin.C. de edict. D. Had. tollen.* Afflict.*decis.*119 & quòd testator non potuit disponere de feudo, latè tradit So. Iun.*cons.*72.*col* 2.*lib.*1. vbi allegat tres rationes huius regulę, & eam ampliat, vt etiam procedat quoad pias causas, quod etiam sequitur,Paris.*cons.*7. *numero* 11.*lib.*1. & Socin. Iun.*cons.*72.*col.*3. Hanc regulam declarantē, vide omninò,& ibi latè tradit, an & quando fideicommissū possit fieri de feudo, & quādo possit prælegari vni ex filiis, nota tamē, quod dicit ibi,*nu.*45 quod non valet dispositio facta inter eos, ad quos de iure veniebat feudum, quia nihil operatur quod est contra id,quod optimè dictū est per Afflict. & nota quod licet aliis testator legando rem alienam, videatur velle præstari æstimationem rei, non tamen ita est in feudo, quia nec de eo valet vt debeatur æstimatio, vt per Soc.Iun.*con.*72.*nu* 60.*lib* 1.vbi testatur hanc esse communem opinionem,licet Bald.hic in principio teneat contrarium,& idem Soc.Iun.*cons.*74.*vol.*34 *nu.*12.*&* 30.*cum seq.*vbi ponit quando dicitur hæreditarium, vt de eo possit disponere,vide Soc.Iun.*cons.* 160.*num.*39.

¶Amplia hunc textum primò, vt non valeat dispositio testatoris de feudo, etiamsi vellet relinquere vni ex nominatis inuestituram,puta vni ex filiis,Soc.Iun.*d.cons.*160. *num.*41.*cum seq.*

¶Amplia secundò procedere etiā in feudo nouo,quod pater ex sua prouisione acquisiuit,nam secundū communē nō potest illud vni ex filiis,Soc.Iun.*d. cons.*160. *n.*44. sed quid si dominus dedit potestatem vasallo de eo disponēte inter filios,prout melius arbitrabatur,an tunc intelligatur data potestas de eo ad sui libitū,ita vt totā possit relinquere alteri ex filiis,vide Socin. latè interpretantem tale priuilegium,*in d.cōs.*160. *numer.*45.*&* 46. & quod vasallus non possit testari de feudo,nec illud relinquere vni ex agnatis, vel remotioribus,tradit Paris.*cōs.*2. *col.*1.*lib.*1.vbi multos ad hoc allegat.

¶ Ampliatur etiam vt quis non possit per viam legati disponere de feudo,imò de eius æstimatione nō debet, Pari.*cō.*7.*col.*2.*& seq. li.*1.& quod nō valet ordinatio patris relinquētis vni magis quàm alteri ex filiis, vide latè Pari *in cons.*1.*vol.*10.*col.*1.*lib* 1.vbi per So. dicit,quòd pater nō potest relinquere filio primogenito feudū, in prçiudiciū aliorum.

¶Limita hunc textum in feudo Franco,de quo vasallus potest disponere, Socin.Iun. *cons.*115.*nu.*31.*lib.*2.

¶Limita secundò, in feudo concesso vni Francorum,Soc.Iun.*cons.*160.*num.*39.

¶Limita tertiò, in feudis magnis, puta Marchionatus vel Ducatus,in quibus ex cōsuetudine primogenitus tantùm admittitur,So.*d.cons.*160.*num.*37.

¶Limita quartò, quantum ad exhęredationem, quia potest vni ex filiis prælegare, Paris. *cons.* 4 *n.* 29. *lib.* 1. *& cons.* 1. *nu.* 8. *libro eod.* & quod in feudo hæreditario in præiudicium agnatorum cum consensu domini. Imò fortius dicit esse permissum etiam sine licentia superioris, vt tenet Dec. *cons.* 194. per eum ibi allegato.

¶Limita quintò, vbi expressè dominus concessit, ne possit testari, Dec. *d. cons.* 194. *c. l. fin.* & Paris. *d. cons.* 2. *nu.* 33. vbi dicit quòd princeps potest concedere hanc licentiam citatis agnatis, *& n.* 48. *in fin.* vbi dicit quod agnatus remotior hęres pręfertur agnato proximiori in feudo hæreditario.

¶ Limita sextò quoad fructus ex feudo perceptos, quia sunt proprij ipsius, item quoad melioramenta ex eo facta, ideo de his potest testari, Paris. *d. cons* 4. *nu.* 40. *lib.* 1.

¶Limita septimo, in feudo nouo de quo potest vasallus disponere & relinquere per fideicommissum & prohibitionem alienandi Paris. *d. cons.* 2. *num.* 5.

¶Limita octauo, vbi dispositio facta per ipsum vasallum, tendit ad seruationem feudi, Par. *d. cons.* 2. *nu.* 10. quæ omnia contenta, vide *cons* 3. *col. lib.* 1.

¶Limita nono, vbi relictum est feudum ei, qui erat successurus in ipso feudo, Par. *d. con.* 3. *nu.* 3. *lib.* 1. vbi per Soc. dicit quod cum nepos succedat cum patruo de iure, ideo potuit instituere nepotem vnà cum paruo.

¶In §. *hoc quoque, in fi. in vers. alij autē dicunt vsque ad septimum,* ad quem gradum admittantur collaterales, vide quę scripsi supra, super Tit. *de his qui feud. dar poss.* §. *hoc autem,* ibi *licet moderno tempore.* In §. *fi. in vers. in alto verò,* vide Dec. *con.* 390. sed hoc limita in feudo concesso à principe, quia in eo succedit frater fratri, Alex. latè *in l. si mihi & Titio, nu.* 7. D. *de verb. oblig.* Soc. Iun. *cons.* 73 *n.* 22. *lib.* 1. *& ibi, nu.* 20. *& seq.* rationem ponit decisionis huius textus.

¶Limita secundò hunc textum non procedere, quando princeps concessum feudum, quia aliqui pugnauerunt in bello pro eo propriis armis & expensis. Soc. Iun. *d. con.* 73. *in fi.* not. quod in casibus in quibus succedunt fratres non succedunt nepotes cum patruis, vt ibi per eum, Mynsing. 2. *obs.*

Titul. 9. Qui successores teneantur.

Aliter hunc Tit. inscribit Cuiac. *Qualiter scilicet hæres inuestitoris teneatur.*

Si quis inuestitus.

Feudum successionem non habere dicitur, quod morte accipientis finitur.

¶Quare inuestitura verbalis & non realis transeat ad heredem, vide hic Bald. Nota autem hic quod sub conditione & in diem quis inuestiri potest.

Tit. 10. De contentione inter dominum & fidelem de inuestitura feudi.

Vide plenius *in tit. quid sit inuestit. cap.* 1. §. 1.

Si contentio.

Iusiurandum possidenti, in dubio potius defertur quàm actori.

Tit. 11. De pignori dato feudo quid iuris sit.

Cuiac. non facit nouum titulum vt nec Aluarotus, nec And. de Isern debet esse potius §. qui cōtineatur ad superiora quod satis per se dictionem *similiter*, quæ est continuatiua satis supérque constat.

Tit. 12. De cōtentione inter me & dominum de portione feudi fratris mei defuncti.

Quidam non faciunt hic Rubricam, & male.

Si contentio.

Nota hic quod partis appellatione dimidia continetur.

Tit. 13. De alienatione feudi Si clientulus.

Libellarius contractus quid sit, vide infra, *lib.* 2. *Feudorum, tit.* 9.

¶Dec. *cons.* 185. *col.* 2. *&* 395. *vel* 445. *col.* 4. Idem extendit ad quamlibet materiā in qua præfertur masculus fœminæ, Soc. Iun. *con.* 1. *n.* 119. *cons.* 77. *nu.* 4. *lib* 1. & quod verbum *haredibus* in feudo intelligatur tantum de masculis, tradit Soc. Iun. *cons.* 111. *vel* 112. *nu.* 8. *lib.* 2. Qui feudum alienat, cadit à iure feudi, & dominus illud alij concedere potest, & alij in feudum dare potest vt in constitutione Lotharij Imperialis.

Tit. 14. De feudo marchię vel ducatus vel comitatus.

Quomodo alias concipiatur hic Titulus, vide hic Accursium.

¶Concedo

§Concedo tibi tale castrum ad vsum regni: an tunc erit feudum, Dec.*cons.*384.*col.*3.

De marchia.

Hodiè vsurpatum est vt feudũ regale iure successionis acquiratur, vt *lib.*2.*Feudorum tit.*55.§.1.

§.1.Si capitanei.

Vide hic Ia. de Bello. qui super hoc textu, facit tria brocard.

§.2.Si duo fratres.

Nota hic in feudis procedi posse de simibus ad similia, vt optimè etiam notat hic Glossa.

Tit. 15. An maritus succedat vxori in beneficio.

Glos.1.in ver.*quamuis in aliis bonis, &c.* ponit Bar.*in lib.contrar.iur. ciuil.& long.* de hæreditatibus & successionibus, vide eum in vers.*nullo modo succedit*, & de iure Longobar. locum, sequitur, Iul.Ferret.in addit.ad Bart. *in lib.contr.iur.ciuil.long de success.n.*2.alias hic Titulus sic concipitur, nempe quo ordine succedant filij in beneficium matris, quo nõ vtimur in nostro apparatu.

Si fœmina.

Feudum in dotem dari non potest, facit Speculator. *in tit.de loc.§.nunc aliena, vers.*29. *& in cap.*1.*vers.donari*, Bart & Imm.*in l.*1.*§.si fructus, sol. lut. matr.* Alex.*in cap.placuit.*44.*ext. locati.*

Tit. 16. De feudis datis minimis Valuasoribus quid iuris sit.

Alias non erat hic Titulus, sed § tantùm.

Si minores.

Bona fides non patitur vt infeudans habeat rem & pretium.

Tit. 17. Quibus modis feudum amittatur.

Titulus hic est de amissione feudi, de quo non vtimur.

Si capitanei.

Vasallus feudo non priuatur, licet manifestauerit credentiam domini, duobus tamen concurrentibus, primo si ita manifestatione nullum damnum il'atum domino. Secundo si vasallus id manifestauerit non animo nocendi.

Tit. 18. Apud quem vel quos controuersia feudi finiatur.

Alias non est hic Titulus.

Si contentio.

Vide *cap.* 1. *infra de prohib. feud. alien. per Frid.*

§. Si aliquis.1.

De dictione *debet*, vide hic Glossam.

Tit. 19. Constitutiones Feudales Domini Lotharij Imperatoris quas ante ianuam beati Petri in ciuitate Romana condidit, obseruandas.

Vide Cassiod.*lib.*9.*variar.*

Si quis ex militum.

Otho Frisingensis 1.*cap* 3.vide hic Hot.

Si quis miles.

In glossa *si quis miles, in vers. idem in filiorum successione*, quod pater succedat in rebus feudalibus, sicut in aliis de iure ciuili, ponit esse ius, & est communis opinio per Scribentes hic, si feudum est antiquum, secus si nouum, Iul.Ferr. *in add.ad Bart in libell.contr. iur.ciu. & Longo.d.success.nu.*4.vbi etiam dicit, quòd si pater acquisierit feudum nouum, quod illud cum regio consensu absque filij scientia & cõsensu poterit alienare, secus si erit Feudum antiquum, vt ibi per eum in fine, optimè hic Cuiacius.

Tit. 20. De beneficio fratris, & qualiter frater in beneficium fratris succedat.

Aliter concipitur hic Titulus à Cuiacio, quem vide, alias enim non est Titulus.

Si quis acquisierit.

Feudum natura sua, amore & honore acquiri à domino debet, potest tamen etiam pretio comparari vt militiæ venales, *l.omninò*, C.*de in*. ff l.*vlt.*C.*de pignor.*

Tit. 21. De Feudo sine culpa non amittendo.

Sancimus vt.

In verb.*sancimus in prin.* Amplia hunc tex-

tum etiamsi dominus esset supremus princeps, vt Papa vel Imperator, quia etiam ipsi non possunt sine culpa priuare vasallum Feudo, vt testatur Soc. Iun. *in consilio 115. lib. 2. numero* 10.

Tit. 22. Quo tempore miles inuestituram petere debeat.

Sancimus vt nemo.

In princ. intellige hoc si fuerit declaratum eum priuatum, secùs si non fuerit sequuta sententia declaratoria, & vasallus soluerit cẽsum, quia videtur remittere caducitatem, Decius *consil.* 341. *colum fin.* Adde tamen pro ista pœna propter pœnam inuestituræ non petitæ intra annum solet remitti de facili, Afflictus *decis.* 265. *numer.* 89. Cætera in hac materia, vide quæ scripsi in fine, *ad titul. quæ fuit prima causa benef. amit.* sed pone quod post annum & medium, secundum vsum cõsuetudinarium, vasallus inceperit, nunquid habuit talem quasi ingratitudinem videtur remittere, & certè videtur quod sic, *per l. post diem, D. de leg. commiss. vt per gloss.* hîc, & mensem, in fine, & hanc opinionem *d. cons.* Socin. Iun. 115. *numer.* 12. *lib* 2.

¶In vers. *nisi iusta causa*, quæ sit iusta causa, vide latè per Afflict. *decis.* 12. per Soc. Iun. *cons.* 115. *num.* 15. *cum seq. lib.* 2.

In §. *si quis fecerit, &c.* Vide in terminis, Dec. *cons.* 14. *vel* 140. *vel.* 144. *num.* 2. vbi dicit non valere inuestituram factam tertio, qui dixerat vasallum consentire, qui non cõsenserat, & cùm esset mortuus, de eius consensu non apparebat: & latè: quod inuestitura facta intelligatur sine præiudicio veri vasalli, & eius qui habet ius in feudo, tradit Soc. Iun. *cons.* 110. *colum. fin. lib.* 2. Dec. *cons.* 468 *nume.* 26. Item dominus non potest mutare inuestituram in præiudicium agnatorum, quia præualebit prima, per quam eis est ius acquisitum, Dec. *d. cons.* 468. *nu.* 25. *in fine.* Item de feudo quod domino non est apertum, non potest dominus in præiudicium eius ad quẽ spectat, de eo facere alteri inuestituram, Soc. *d. cons.* 150. *ante fin. lib.* 2. Sed quid si præsente vasallo & patiente alium inuestierit, an præsumatur consentire vasallus, vide Soc. Iun. *d. cons.*

Si quis fecerit.

An permutare feudum vasalli, eo ignorante & non consentiente dominus possit, vide hîc D. Coth.

Sancimus vt nemo miles.

Vasallus priuari possessione sui feudi non potest, nisi conuictus & sententia damnatus.

Tit. 23. De contentione inter dominum & vasallum, de inuestitura feudi.

Si quis miles.

Iuramentum defertur vasallo possidenti, cui controuersia inuestituræ fit.

Tit. 24. Quemadmodum feudum ad filiam pertineat.

Si quis sine filio.

Nota hic duos casus, in quibus fœmina succedit in feudo, quos refert Bald. *supra de his qui feud. dare possunt, in §. & q. ia videmus, &c. n.* 9. & tertium casum, scilicet, quando filia fuit nominata in inuestitura, videlicet, quando per feudum nullum præstatur seruitium, Dec. *cons.* 32. *columnn. fin.* adde supra similem quando princeps non dixit: *Concedimus in feudum tale castrum*, sed dixit: *Donamus*: tunc enim est mera donatio, in qua succedit fœmina, Dec. *cõs.* 32. ¶Sed quid si dominus dixerit vt fœmina non possit succedere. Vide Ias. latè *in præludiis feudorum, numero vndecimo, & decimotertio, cum sequent.* Et de supra dictis, vide Dec. *cons* 185. vbi etiam an succedat fœmina in bonis allodialibus, quę contineat iurisdictionem. ¶Sed inter alia nota, quòd si quis pręscripsit castrum, cuius initij non extat memoria, & tamen nunquam in eo successerant fœminę licet dicantur Liberi, tamen non succedunt fœminæ, quia in plus non videtur pręscriptum, quod fuerit obseruatum, sed cùm tantùm masculi successerunt, ergò illi tantum sunt admittendi, quod valdè est notandum, & de hac materia, vide Dec. *in l. fœmina, nu.* 34. *vers* 36. *D. de reg. iur.* & quod fœmina succedat in feudo in quo nullum pręstatur seruitium. Item in feudo Regio. Item in feudo empto pecunia, vide Dec. *cons.* 139. *colum.* 1. vbi de hac materia, Item quod si feudum simplex fuerit alicui & suis descendentib. masculis & fœminis, si fuerint masculi, fœminę excludẽtur, vt supra *Episcop. vel Abb. in §. fin.* quod ibi limitat Baldus nisi fuerit feudum conditionatum, id est, datum pro aliquo seruitio pręstãdo, quia tunc simul succedunt tam masculi quàm fœminę, de quo, vide Dec. *cons.* 139. Item quid si statutum sit in loco, quod tã masculi, quàm fœminę succedant, an intelligatur etiam in Feudis. Item nota, quod vbi præstatur Iuramentum

mentum realitatis nunquam succedit fœmina, quia per illud est obligatus ad seruitium, quod non potest præstare fœmina, & alia, vide ibi in materia quando fœmina succedat, vel non. item in materia, vide Alexandrum, *consil.* ... *lib.* 5. & de supradictis, vide latissimè Decium *consil.* 193. & inter alia ibi, *colum. pen.* addit quod si fuerit concessum sibi & vni dederit, an intelligatur etiam de fœminis, & quando succedat fœmina in feudo, vide latissimè in materia, Dec. *consilio* 208. & latè Bald. *in l. quoties, Cod. de suis & legit.* Itē quod fœminæ succedant in bonis allodialibus, etiam si contineant Iurisdictionem. Item in castro donato, & alia ad hæc materia, vide omninò Decium *consil.* 269. *colum* 1. *&* 2. vbi refert multos casus, in quibus fœmina succedit in feudo, & latius *in consilio* 399. *numero* 6. *&* 7. *&* 14 & ibi etiam, vide *numerum* 10. *&* 11. Item de materia quando dicitur domino, feudum vt filia succedat, vide Decium *consil.* 403 vbi plenè. An princeps possit habilitare fœminas, ad feudi successionem in præiudicium agnatorum. Item quibus casibus filia succedat in feudis, & an consuetudine admittatur, vide Decium *consil.* 414. *col.* 3. & nota quòd si princeps concedit castrum, & dicat: damus tibi pleno iure: quod tunc est dominus, quia tunc transtulit dominium directum, nec vllam mētionem de feudo facit, & ideo fœmina succedit, & multa alia in materia vide per Dec. *consilio* 467. Et nota quod si fuerit dictum de hæredibus Feudalibus, intelligitur tantum de masculis. Decius *consilio* 516. *colum.* 3. & adde quod si feudum esset fœmininum, tamen si semel successerint masculi, fœminæ excluduntur, vt per Alex. *consilio* 57. & nota quod in feudo empto succedāt fœminæ oportet quod sit emptum isto pretio, Alexand. *consilio* 110. *in fine*, & idem Soz. Iun. *consilio* 65. *numero* 16. *lib.* 1. & quod fœminæ non succedant, neque in feudo fœmineo neque masculino, & quæ sit ratio, vide declarantem hoc Soc. Iun. *d. consilio* 65. *col.* 1. *&* 2. & quod fœmina non admittatur ad dignitatem, in qua est administratio cum mero & mixto imperio sine priuilegio principis, tradit Sozin. Iun. *d. consilio* 65. *numero* 24. 25. *& seq.* & nota quod potest induci consuetudo in familia, vt fœminæ non succedāt in castris & si non sint feudalia, Dec. *consilio* 85. *col.* 5. Soc. Iun. *consilio* 65. *numero* 31. *& sequenti libro* 1. & quod quando concessio est facta per verbum, *donamus*: succedat filia & aliæ filiæ, tradit latissimè Socinus Iun. *consilio* 76. *num.* 44. *cum mult. seq. & num.* 48. *lib.* 1. Adde & quod filiæ, propter merita patris, princeps potest concedere feudum in præiudicium agnatorum, si fuerint negligentes in petendo, Soc. Iun. *d. consilio* 76. *numero* 132. *lib.* 1. & nota quod tradit ibi Sozin. *col. pen.* Similiter quod fœmina per maritum seruiet, & quamuis dicitur in textu quod filia non habeat beneficium patris, Intellige non procedere in feudo Regio, in quo fœmina potest succedere, vt per Soc. Iun. *cons.* 79. *vel* 27. *num.* 22. *lib.* 1. & quamuis dicitur in textu. Si autē dominus ei dare voluerit: Intellige hunc textum in feudo nouo, secùs est enim in antiquo, quia in eo non potest dominus præiudicare agnatis, & filiæ. Ita declarat Dec. *consilio* 495. *col. pen.* Adde pro materia Soc. Iun. *consilio* 102. *lib.* 1. vbi latissimè probat, quando successio castri fuerit liberata, & non feudalis, ideo in ea successerant fœminę prout in allodialibus. Item adde quod si cōcessum fuerit feudum, pro se & hæredibus, intelligitur tantùm de masculis, Soc. Iun. *cōsilio* 109. *col.* 1. Item feudo empto succedit fœmina, nam tunc fœmina non succedit. Soc. Iun. *consilio* 109. *num.* 8 *lib* 1. Item quid si feudum est datum fœminæ, an tunc succedunt fœminæ, non stantibus masculis Soz. Iun. *d. consilio* 109. *numero* 11. Sed quid si in inuestitura dictum sit, quod deficientibus masculis fœminæ succedant, an si masculus successerit, & sic excluserit fœminas? An postea, masculis deficientibus, fœminæ admittantur, an perpetuo sint exclusæ, vide Soc. Iun. *consilio* 110. *in* 1. *dubio, lib.* 2. Adde quod princeps potest concedere licentiam vasallo disponendi in fœminis, etiam agnatis non citatis, & etiamsi esset facta inuestitura pro masculis, Paris. *consilio* 2. *numero* 34. *lib.* 1. adde Paris. *consilio* 4. *col.* 1. *lib.* 1. vbi dicit quod quando dictum est: *Donamus*, importat dominium & non feudum, & tunc succedunt fœminæ, Paris. *ibi col.* 2. vbi latè. idem est in feudo conditionato, in quo succedit fœmina, de quo latè per Paris. *d. consilio* 4. *numero* 16. Et quando sunt vocati masculi & fœminæ in inuestitura, an admittantur successiuè, vide Paris. *consilio* 9. *col. fin. & infra scripsi super tit. qui sibi vel hered.* quod seruitia sint talia quæ fœmina possit præstare, tunc fœmina succedit Paris. *d. consilio* 4. *n.* 18. Idem vbi nullum extabat præstandū seruitiū, nam & ibi succedit fœmina. Adde etiam quod liceat aliàs vbi venit iuramentum præstandum fidelitatis, nō succedit fœmina, tamen vbi expressè aliqua seruitia, quę fœmina poterat præstare, iuramentum fidelitatis non trahitur vltra ea, ideò poterit succedere quod nota pro limitatione huius dicti. Item vide quod notāter respondet ad illud de Iuramento, quia dicit illud non operari quòd fœminę non succedant quia consuetudo est, quod etiam fœminæ succedant, tamen præstetur iuramentum, quod est valdè notandū,

Sed quid si in loco habilitata erat fœmina ad succedendum in feudis, & masculus erat effectus monachus, quis preferatur, an soror monachi, an ipsum monasterium, vide Affli. *decis.*320 Item adde quod etiamsi prestanda essent etiam seruitia quæ fœmina præstare non posset, tamen erit capax feudi ex persona mariti, qui poterit præstare seruitia pro ea. Paris. *dicto consilio 4.nu.26 lib.*1.

¶ Limita etiam hunc textum non procedere in feudo empto pecunia, nam in eo tunc succedunt, Pari. *d.cons.4.lib.1.numero 39.*

¶ Limita etiam quando princeps vellet derogare priuilegio masculorum & inuestire fœminam, quia hoc posset maximè propter bene merita defuncti, vt per Pari. *d.consil.*4. *nu* 40. *cum seq.* vbi etiam aliqua in materia Nota etiam vnum omninò, quod vt agnati masculi excludant fœminas, oportet eos esse de descendentibus ipsius inuestiti, non transuersales, puta descendentes ex fratre inuestiti, qui tales non sunt comprehensi in inuestitura, ita Pari. *d.consilio 4.numero* 4[illegible]. & est textus inf. de *success.Franc.* quod tamen limita. & vide quæ scripsi in d. tit. adde hic Pilæum Bellouisanum, Odofredum, & Baldum, pro quo autem accipiantur hic parentes, vide Pac. hic.

Tit. 26. Si de inuestitura inter dominum & vasal. lis oriatur.

Si inter dominum.

In §. vltimo, *vers. si autem aliquis, circa finem.* Quomodo procedat iste textus, vide Dec. *cons.*144. *col.*3. Bart. *in l post legatum,* §. *si verò, D. de his quib. vt indig.* Bald. *hic.*

Tit. 27. De feudo dato in vicem Legis commissoriæ reprobando.

Si quis obligauerit.

In §. fin. in *vers. Mediolanenses, & Cremonenses, &c.* ad quod opinio Mediolanensium sequitur Rot. Neap. D. Afflict. *dec* 292. & ibi dicit in fine quòd feudum concessum princeps non potest reuocare sine causa, Balbus *tract. de praescript.5.par.4. q.2.* Bald. Aluarot. Rauennas.

Tit. 28. De vsu Mediolanensium secundùm quosdam.

Harmen. *libro 3.tit.5.*

OBERTI DE ORTO de feudis.

Liber Secundus.

De feudi cognitione.

Titulus 1.

VBI quid non est decisum per consuetudinem, recurritur ad ius commune, Soc. Iun. *cons.23.col.1 lib o 1.*. Quidam autem non habent de feudi cognitione.

Obertus de Orto.

Hunc fuisse Mediolanensem consulem ex lib. Othon. Frising. Frid 2. *ca.12. constat.*

§. 1. sciendum est.

Cauena seu camera quid optimè explicat hic Iul. Pac. adde hic Bald.

Tit. 2. Quid sit inuestitura.

De inuestituris feudorum, optimè Marinus Frecia.

¶ Quid sit inuestitura, vide Synopsim totius iuris feudalis Henrici à Rossonthal. vnde dicta sit, notat hic Iul. Pac. adde hic D. Goth. malè autem quidam codices non faciunt hic Rubricam.

Inuestitura quidem.

Duplicem esse inuestituram declaratur hoc loco, propriam nempe & abusiuam, & quid sit propria quidque abusiua declara vt hic. Inuestituram autem ab inuestiendo dictam esse, notatio ipsa resque significatiosa tis indicat.

§. 1. Si verò vasallus.

Inuestitura quemadmodum probetur vasallo possidente, vide Gloss. & quod ibi notaui *in libro 1. tit. 4. in verbo in possessione.5. eod.* Quid autem sit feudum rectum, declarat hic D. Gothof.

§. Præterea si aliquis. 2.

Pactum insolitum feudi inuestiturę adiectum est seruandum.

Sub tali conditione.

Hinc conditionale Feudum dicitur, *Tit.* 75.89.

Tit. 3.

Tit.3. Per quos fiat inuestitura, & per quos recipiatur.

Est Cuiac. Tit.4. sic conceptus De inuestitura veteris vel noui beneficij. An ecclesia possit infeudare sine consensu domini, vide consilium Petri de Superxuilla.

Inuestitura.

Beneficium vetus quomodo definiatur optimè Baro hic.

§. Sed etiam res. I.

Guido Papæ, *decis.162.& 198.col.1.* Afflict. *decis.99.* De iure *[illegible]*, vide Harmen. *libro 3.Tit.3.*

Tit.4. Quid præcedere debeat, an inuestitura vel fidelitas.

Fidelitas an & quando præstanda notat hic Glossa.

Vtrum autem.

Nota hic inuestituram præcedere fidelitatē, quid autē sit fidelitas, disce ex hoc loco.

Tit.5. Qualiter iurare debeat vasallus domino fidelitatem.

Adde huic Tit. *Titulum 6.& 7. & can.tibi 961.dist.*

§. Personam.

Vide hic Cuiacium.

§. Sed Vtrum.

Per procuratorem inuestire & inuestiri possumus.

§. Fœminam.

Optimè hic D.Goth.

Qualiter.

In principio, vide latè Alciatū declarantem, *consilio* 11. & quid differat iuramentum fidelitatis à iuramento assecurationis, vide Gramm. *decis.105.num.25.seu 26.* Item de hac forma fidelitatis iuramēti & eius requisitis, vide latissimè declarantem Afflict. *decis.307. in 1.dub i*, nota vnum in hac materia, quod si non valuisset intentatio alicuius castri in aliquem, nec valebit iuramentum fidelitatis super eo præstitum, Socin. Iun. *consil.78. colum.finali,lib.2.* Item dicit, non valere iuramētum metu extortum, nota duos casus, quibus quis non tenetur præstare fidelitatis iuramentum. Primus quādo pro feudo præstatur annua pensio vel census, quia tūc dicitur impropriè feudum, ita Paris. *consilio 4. libro 1.numero 15.* Secundus casus est, in feudo conditionato in quo non tenetur vasallus præstare iuramentum fidelitatis, Paris. *d. consilio 4.numero 16 libro 1.* vbi etiam declarat quid sit feudum conditionatum. An dominus teneatur iurare vasallo fidelitatem, vide Afflict. *decis.265 1. fall* & quod inuicem dominus teneatur seruare fidelitatem & promissa vasallo, tradit, Socinus Iun. *consilio 144 libro 1.in vers. sed quia isto. De iuramento,* vide Guid, Papæ *decis.307.*

Tit.6. De forma fidelitatis

In epistola.

Intellige hunc textum procedere quādo vasallus simpliciter iurat, secus si in inuestitura exprimantur certa seruitia, quia tunc iuramentum tantum extenditur ad illa seruitia permissa non vltra: ita declarat Paris. *cons.4.num.21.lib.1.* imo addit quod iuramētum simpliciter præstitum non extenditur ad omnia hic expressa, sed ad illa tantū quæ dominus solet exigere. *can. de forma 22.q.5.*

Tit.7. De noua forma fidelitatis.

Est & alia.

In hunc titulū vide Socinum *consilio 75. columna finali, libro 2.* Optimè Rauennas hic.

Tit.8. De inuestitura de re aliena facta.

Cùm de re.

Vide l.1.C. *de iure dotium.*

Res autem.

Inscribitur Tit.9. à Cuiacio de iure, nempe quod vasallus habet.

§.1. E contrario.

Nota hic seruitutem partem esse feudi.

§.2. Quamuis.

Quantum ad ius Longobardicum, vide quomodo declarat Ferret. *in addit. ad Bart. de donat. propter nup.*

Tit.9. Qualiter olim poterat feudum alienari.

Est autem.

In verſ. *quod & ipſum ſyncere*, vide Guid. Papæ *deciſ.* 162.

¶Ad §.donare autem,&c.poſſet tamen de conſuetudine alienari,vt per Dec. *cõſilio* 186. *columna* 2. Nota autem hic refutatione feudum amitti,vt *Ti* .14 & 18. *infra eod.*Bald. *in Auth.dos data*,*Cod.de don.ante nupt.*

Titul. 10. Quis dicatur DUX, Marchio,Comes, Capitaneus,vel valuaſor.

De nominibus vaſſallorum,Cuiacius hic: Marchiones vnde dicti,Cuiac.hic,pag.17.

Tit.11. De ſucceſſione fratrũ vel gradibus ſuccedentiũ in feudo.

Per ſucceſſionem.

In verſ. eius feudi ſucceſſio, circa finem poſt medium.Nota quod feudum nõn tranſit ad tranſuerſales primi inueſtiti,ſed tantũ ad deſcẽdẽtes,fallit ſi verba inueſtituræ ſint ita concepta,vt ſi etiam de trãſuerſalibus nõ intelligerentur,eſſent ſuperflua, vide Soz. Iunior.*conſilio* 103.*libro* 1.vbi dicit,quod ſi cõceſſum fuit feudum pro ſuis & domo ſua,intelligitur etiã de tranſuerſalibus inueſtitis, quia aliàs tantùm intelligeretur de deſcendẽtibus,per illud verbum,ſuis, quod nota, & ſecundum hunc textum, tradit Pariſ.*conſilio* 4.*n.*44.*libro* 1. quod in feudo nõ ſuccedit filius fratris,quia non eſt de deſcendentibus inueſtiti,vide Soz.Iun.*conſilio* 33.*nu.*22.*lib.*1. & eſt communis opinio,vt per Franc Curt *in tract.de feud.*198.& 199 *in paruis*,licet ipſe ibi contrariam teneat, & de hoc quando in feudo nouo habeat locum ius accreſcendi,& alia de materia huius textus,vide ſupra quæ notaui in *tit.de his qui feud.dare poſſunt,in* §. *il vero*,& dictum Curt.*in tract.d. de feud. chart.* 199 & *ſeq.*vbi multis modis limitat hanc regulam, quod in feudo nouo non ſuccedat frater fratri.

Tit.12. De fratribus de nouo beneficio inueſtitis.

Si duo fratres.

In *prin.vel in verſ.fructus tamẽ,&c.*An verò hoc procedat de iure communi,an de iure ſpeciali feudorum, vide latiſſimè declarãtem Pet.de Vbald.*in tract de duobus fratribus, in 6 parte.in quaſt.* 15.*chart.*78. in paruis, ibi nec obſtat §.*ſi duo fratres*.

¶In verſ. *ne forte*. Adde quòd idem eſt in Emphyteoſi ab vno acquiſita,quia alter non poteſt communicare,licet ſit empta ex pecunia communi eorum,Dec.*conſilio* 431.*vel* 435. vide *l.cum duobus*,§.*cum duo*,*D.pro ſocio.*

Tit.13. De inueſtitura quam TITIUS accepit à Sempronio.

An maritus ſuccedat vxori in feudo, vide hic Cuiacium.

TITIUS à Sempronio.

An vxor viro in feudis poſſit ſuccedere,doctores hic.

Tit. 14. De vaſallo decrepitæ ætatis qui feudum refutauit, vt filij inueſtirentur.

Quidam.

Optimè hic Francif.Hotoman.

Tit.15. De inueſtitura in maritum facta.

Vaſallus.

Cuiacius *libro* 1.*Feudor.Tit.*18.

Tit.16. De controuerſia feudi apud pares terminanda.

Si inter.

Vide hic D.Goth.

Tit.17. DE eo qui ſibi vel hęredibus ſuis maſculis & fœminis inueſtituram accepit.

Qui ſibi vel ac.

Sed quid ſi ſemel ſucceſſerit maſculus, an perpetuo excludatur fœmina,an verodonec extent maſculi,& ſit temporaliter,quod videtur præſupponere hic textus *in verſ.non enim poteſt locus fœminæ,&c.*ſed contrarium in terminis conſuluit Soc.Iun.*conſilio* 7.*lib.*7.& ibi reſpondet ad hunc textum,&quod verba

iſta

ista deficientibus masculis intelligantur, id est, deficientibus primi inuestiti tempore, nō autem si post quandoque defecerit, in similibus terminis consuluit in substitutione hoc modo facta, Socin. Iunior, *consilio* 180. *lib.* 2. *per totum*, vbi dicit idem si dictū sit masculis non superstitibus, vel non super existentibus, non autem post, semel admissus masculus], semper intelligitur exclusa fœmina, vide *consilio* 180. Bart. *in l. Gallus*, §. 1. *D. de liber. & posth.*

¶Nota hic propter dotis causam duriorē feudi cōditionem esse non debere, *l. quoties*, 19. *D. sol. matrim. l. in ambiguis* 85. *D. de reg. iur.*

Tit. 18. De duobus fratribus à Capitaneo inuestitis.

Duo Fratres.

Circa finem in versiculo *propter tenorem* Nota quòd tenor inuestiturę est inspiciendus, Dec. *consilio* 390. *&* 395. adeò quod ante omnia est inspiciendus & insinuandus, etiā si esset cōtra naturam feudi. Dec. *consil.* 614. *colum.* 1. *&* Afflict. *decis* 161. *vel.* 761. *col. pen. &* 293. Tiraq latè *in l. si vnquā. C. de renoc. donat. in verb. libertis. nu.* 8. *& in* Emphyteosi quod inspiciatur inuestitura, vide Soc. Iun. *consilio* 71. *vel* 41. *col* 1. *lib.* 1. Et quod tenor inuestituræ derogat omni Iuri & consuetudini feudorū, Soc. Iun. *cons.* 76. *lib.* 1. *num.* 18. *& cō.* 77. *num.* 13. Idem Soc. Iun. *consilio* 191 *n* 21. *lib.* 2. quòd tenor inuestituræ est vna regula in feudis, idem *consilio* 103. *num.* 8. *lib.* 2. *& d.* Paris. *consilio* 1. *in princ. lib.* 1. quod ad cognoscēdum, an feudum sit antiquum, vel quid simile, est inspiciendus tenor inuestituræ, & idē ad cognoscendum an sit feudum hæreditarium, Paris. *consilio* 2. *num.* 15. *libro* 1. *& d. consilio* 4. *libro* 1. *columna* 1. vbi dicit quòd inuestitura derogat omni naturæ feudorum, *consilio* 5. *lib.* 1. *& consilio* 6. *in eod. lib.* quod etiam verba extranea inuestituræ sunt attendēda, l. 9. *D. de probat. l. tale, in fine, D. de pactis*, valet pactum, vt frater fratri in nouo feudo succedat, *ibi tit.* 8. §. 1. Nota autem hic quod suis quisque beneficiis interpres est optimus, l. *neratius*, 151. *D. de reg. iur. l. in cōuentionalibus, D. de verborum. obligat. l. hæredes* 57. §. 1. *D. ad Trebell.*

Ex facto.

Nota hic quod legitimè factum non retractatur.

Tit. 19. An remoueri debeāt testes qui pares esse desierunt.

Inuestituræ testes idonei sunt etiam qui pares esse desierunt, quia testium conditio ex testationis tempore ęstimatur, *l. ad testiū*, 22. §. 1. *D. de testam.* quippe cum iniquum sit testationem propter aduentitium aliquod vitium corrumpi, *l. in ambiguis. D. de reg. iur.*

Tit. 20. De controuersia inter Episcopū & vasallum.

Ex eo.

Qui negatur vasallus, is consequentia quadam negatur pares in curia habere. Nota autem hic inuestituram nūquam præcedere iuramentum fidelitatis. Optimè hic Franciscus Hotomanus.

Titul. 21. De vasallo milite qui arma bellica deposuit.

Miles qui.

Hunc textū limita tripliciter, vt per Decium *in cap. præsentia, numero* 74. *extr. de probat.* & de materia vide Alex. *cons.* 80. vbi ponit, quod in militia Hierosolymitana, &c. vide l. *falsum*, §. 1. D. *de conditionibus & demōstrationibus. l. quidam ignauia. C. de decur.* Aug. *epist.* 5. *in fin.* notabis autem feudale officium militare & bellicum fuisse.

Titul. 22. De milite Vasallo qui contumax est.

Dominus.

In *vers. spatio tertiæ*, &c. quod præcedere debeat tertia monitio antequam Vasallus priuetur, tradit in terminis Grauett. *cons.* 6. *nu.* 18. & 106. in qualibet priuatione iuris, tradit idem Grauett. *cons.* 103. *col.* 2. sed vide omninò Gram. *decis.* 114. *num.* 10. Sed quod ista sit specialis, tradit Felyn. *in ca. ex literis, n.* 8. *fall.* 3. *de const.* vbi latè tradit, quando requiratur trina monitio, desumptum autem hoc est tā ex iure Pontificio, *cap. præsenti*, 5 *q.* 2. quàm ciuili, *vt* l. 68. & 69. *D. de iudiciis*, Vincen. *in spec. doctr.* l. *qui restituere*, *D. de rei vindic.* l. 3. *ff. ne vis fiat ei.*

Tit. 23. In quibus causis feudum amittatur.

Liber Tertius hic incipit secūdum omnes

doctores, ideóque an rectè Guiac.tertium librum hic inchoauerit, vide & lectores.

Tit.24. Quę fuit prima causa beneficij amittendi. Prima autem.

Adde in materia quod in quibus causis feudo quis priuatur, an dominus suus tacuerit, neque priuauerit feudo Vasallum, non potest postea priuare ex ea causa eius successorem, de quo vide Alex. in l. *rei indicata*, *col.1.sol.matr.* aliquid per Grauett.*cons.59.in fine*. Sed vide Paris.*cons.1.lib.1.num.52.* Adde etiam multas alias causas, quibus Vasallus priuatur feudo, vt per Afflict.*decis.265.maximè col.fi.* Cætera vide quæ scripsi supra ad *tit. Quibus modis feudum amittatur.*

¶An vt seruus domini saluti suā anteponere non debet. Ita vasallus salutem suam patroni saluti postponere debeat. Hotom. hic, Plutar.*in Rom.* Dionys.*lib.11.* De causis reuocandæ donationis, vide l.*vlt.Cod.de reuoc.donat.* De repudiis, vide l.*consensu*, *C.de repudiis*, Cuneus *in* l.*solemnibus*, *Cod. de rei vindic.*

¶In vers. *quod si Vasallus*, &c Nota tamen, quòd cùm hoc dictum sit odiosum, deberet admitti etiam post annum & diem de benignitate Grauet.*cons.29.in fin.* maximè si interuenerit iusta ignorantia, deberet in integrum restitui. Grauet.*decis.42.column.fin.* tamen dicit quòd ista pœna de benignitate, debet remitti. Afflict. *decis.265.nu.59.* Item quòd hoc casu Vasallus non petita inuestitura intra annum & diem non cadit ipso iu jure, sed requiritur sententia, ideò poterit non lata sententia purgari mora, Guid.Pap. *decis.164.quod nota, & 166. &* Dec.*consi.144 col.fin.* Socin. Iun. *consilio 115.numero 22. libro 2.* Item quod iste annus incipit currere Vasallo à die quo cœpit possessionem feudi. Guid. Pap.*decis.155.vel 165.*Dec.*cons.68. vel 58.col.penult.& 144.num.6.* Adde etiam an, quando petitur inuestitura, sit simul promittenda fidelitas, vide Guid.Pap *decis.167.* vide etiam quæ addo supra in materia c.1. *quo temp.mil.res.*&c. Nota etiam quod si dominus non concessit inuestituram, priuabitur feudi proprietate, nisi sit Ecclesia Guid. Pap.*decis.68.* Item si vasallus fuerit impeditus petere inuestituram à domino propter impedimentum. Fely.*in* c.*ex transmissa*, *col.3. versi.non omnino*, *extra de præscr.* Adde quòd ignorans excusatur hoc casu. Soz. Iun.*cons.70.numer.5.lib.1.* Nota etiam an requiratur sententia vt Vasallus priuetur, quòd non petiit inuestituram, an ipso iure sit priuatus: Item an sola sententia sufficiat facto ostendere, quod dominus vult vasallum esse priuatum, puta alij concedendo, vide Soz Iun. *cons.76 num.77.lib.1.* adde quod hic textus non procedit in vasallo, qui non possidebat. Bald.in *L.solemnitas*, *C.de rei vind.* Socin.Iu. *d.cons.76. numero 78.* quod ibi intelligitur, nisi fuisset negligens in petendo possessionem à tertio, adde tamen si dominus post annum multo tempore faceret inuestiturā, videtur remisisse caducitatem, & est communis opinio, vt per Soz.Iun.*cons.115.num.15.lib.2.* Fallit iste textus. Si vasallus habuerit iustam causam ignorandi esse feudum, & quæ sint iustæ causæ, latissimè tradit Soc. Iun.*cons.115. num.18.* Idem si dominus non gerebat se pro domino sed alius, vt per eum ibi, & de his vide etiam Dec.*cōs.141.vel 144. numero 6.* Item limita quando alicui pars feudi obuenit Iure accrescendi, nam tunc noua inuestitura opus non est. Item si illud non petit, non est priuandus. Dec.*cons.144. numero 6.ver.præterea.* Fallit si semel fuit iuratum prælato, & sic dignitati tantùm vel etiam successoribus, quia tunc non tenetur iurare aliis successoribus, & sic nec petere inuestiturā, c. *veritatis*, *extra de iureiur.* Bald. hic, & Soz.Iun. *consilio.115.numero.20. lib.2.* Fallit si ante litem contestatam super caducitate moram Vasallus purgauerit petendo inuestituram. Soc.Iun. *consilio 115.nu.12.* Fallit in minore & vniuersitate, qui in integrū restitui possunt, si eius administrator non petiit. Soc.Iun.*d. cons.115. nu.13.* Fallit si fuit præscriptum contra hanc caducitatem, Soz. ibi *num.27* Adde tamen quòd dominus non potest priuare Vasallum eo non citato. Fely c.*cùm olim*, *extr.de re iud.col.8.vers. per illū tex.* Adde quòd non est priuatus ipso iure, sed est priuatus per sententiam, & per hoc dicit vnum notabile Fely. quòd licet Papa rescribat talem priuatum esse, quia non petit inuestituram, non tamen erit priuatus, nisi prius feratur sententia, quia rescriptum Papæ debet intelligi secundum terminos iuris communis, quod valde nota vt per eū, c.*causam quæ*, *nu 6.ver.* & dicit Card.*extr.de rescript.* & pro declaratione vide etiam consilia Deci.*consi.144.* vbi limitat hunc textum tribus modis.

¶In *vers.prædictis causis*, &c. Adde etiā aliā causam, scilicet, quando Vasallus negās feudum succumbere conuincitur, nam tunc admittitur. infra, *si de feud.fuer.controuers. inter dominū & agnatū*, §.*Vasallus*, & per Grau.*decis.77.in fine*, adde aliam, si fuerit aduocatus contra dominum. Grauet.*decision.80.* quòd si vasallus admittat crimen falsi, an possit priuari feudo, vide Afflict. *dec.404.col.final.in vers.illud.*

vers. illud enim certum loquitur secundum Pomp. Cassad. *in Tit. de Iureiur.* & in iure consuetudinario singulari, contra regulas Iuris communis, in §. *fi. in vers. vt siquidem vasallus*, vide Decium *cons. 445. col. antepen. & fin.* Alex. *cons. 30. lib. 1.* Sed quid si amittat, quia alienauit irrequisito domino, an reuertatur ad ipsum an ad agnatos, vide Gram *dec. 77.* Sed quid si deliquerit Vasallus, ex quo veniat feudum confiscandum, an reuertatur ad fiscum, an ad Baronem, à quo habuit Vasallus. Vide Afflict. *decis. 172. in secundo dubio.* Item quid si frater deliquit, ita quòd priuatus est feudo, an vadat ad patrem, an ad fiscum. Vide Afflict. *decis. 385.* & Paris. *cons. 1. num 17. lib. 1.* vbi dicit, quòd si Vasallus deliquerit in personam domini, puta per rebellionem & similes, tunc feudum acquiritur domino, non agnatis.

Titul. 25. Si de feudo Vasallus ab aliquo interpellatus fuerit, & dominus eum defendere noluerit.

Hic incipit *lib. 4. De feudis*, à Cuiac. collectus ex vicariis auctoribus.

¶ Euicti feudi nomine vt aduersus dominum agat vassallus litem denuntiare ipsi domino tenetur.

Negotium tale &c.

Quæ sit huius loci sententia, optimè Franciscus Hotomanus.

Tit. 26. Si de feudo defuncti contentio sit inter Dominum & agnatos Vasalli.

Si de feudo.

Hoc in terminis tradit Dec. *cons. 424. num. 11. & 467. col. 2.* Sed hoc procedit vbi à principio petitur possessio, vel vbi de petitorio cognitum est, quia tunc causa proprietatis absorbet causam possessionis. Dec. *cons. 17. colum. pen.* Idem si soror instituta à fratre, nam debet conuersari in possessione, & idem erit in hærede ipsius filiæ, vt tradit Decius *consil. 588. colum. 2.* nota tamen textum hunc procedere tantùm in possessorio, non in petitorio, nec in executione sententiæ filia posset per hunc textum impedire, vt declarat Soc. Iun. *cons. 68. col. pen. vel col. 1.* vbi & aliis modis declarat hūc textum & *cons. 74. col. 1. in fi. libr. 1.* & quod dicit hic textus de filia, idem dicas in alia fœmina proximiori ipsi defuncto, quia est mittenda in possessionem feudi, vt de nepote filiæ patris tradit. Soc. Iun. *consilio 75. n. 28. lib. 1. cum seq.* Declara vt per Abb. *in c. in præsentia, col. 23. n. 69. tunc dubitatur, extra de probat.* Præsumitur in dubio feudum antiquum esse potiùs quàm nouum.

§. inter filiam.

Hic apud Cuiac. est tit. 3. sic conceptus nẽpe de possessione apud filiam collocãda: idẽ apertè traditur *lib. 2. tit. 11. & lib. 2. tit. 51.*

§. Moribus.

Ad hunc §. vide omninò Soc. Iun. *cons. 76. num. 119.* Vide *lib. 1. tit. 3. item tit. 25 §. 2. & tit. 27. §. 1.* Vide Cuiac. *lib. 2. tit. 21. & lib 4. de feudis tit. 4.*

§. Vasallus.

Intellige vt per Grammat. *decis. 77. col. fin.*

§. si quis per triginta.

De præscriptione feudorũ & de tota materia hac, vide Franc. Balb. *de prascrip. n. 4. p. 4. in pr. in 12 quæst. cum seq.* Itẽ vt procedat hæc prescriptio, quot requirantur, vide Dec. 144. *col. 3.* nota tamẽ, quòd si quis teneret per 30. annos licet vt hîc præscribat cõtra dominũ, non tamen prescriberet contra alium agnatum qui esset proximior, qui tamen nondũ natus erat, quia contra eum nõ valentem agere, non potest currere præscriptio. Dec. *cons. 468. in fi.* & de ista præscriptione feudi, tã contra dominum quàm contra priuatum, vide Afflict. *decis. 154.* & ista præscriptio feudi procedit etiam vt ecclesia, vt possit 30 annis præstando seruitium præscribere in feudũ. Afflict. *decis. 324. colum. 2.* Sed Guid Pap. *decis. 61.* dicit, quòd cõtra ecclesiam non prescribatur feudum per triginta annos cõtra quoscunq. latè tradit Soc. Iun. *cons. 76. num 61. libro 1. & n. 63.* vbi dicit hoc procedere, etiamsi inuestitura fuerit facta à nõ domino, nam illa præstat iustum titulum præscribendi. Adde quod etiam contra ecclesiam præscribitur feudum per quadraginta annos, tradit Soc. Iun. *consi. 115. num. 35. libro 2.* Et de hac præscriptione feudi, vide latè Paris. *consilio 2. lib. 1. numero 123.* Vide etiam hic Hotom. vbi adfert differentiam, seruitium præstandi, vel exhibendi.

vers. Qui clericus.

Hunc versic. limita tripliciter vt per Dec. *in c in præsentia. n. 74. de probat.* Sed an pro vita Vasalli saltẽ pertineat ad monasterium. Afflict. *dec. 260. n. 15. fall.* vide quæ feuda vadunt ad monasteriũ Afflict. *dec. 310. vers. naturales filij.* Fallit vbi inuestitus scribit inuestitũ filios habere, quia inuestitura facta de filiis cẽsetur habilitati spurij. Fel. *c. cum talis. n. 2. in fi. extr. de except.* hoc versic. colligi potest distinctio Monachorũ, & clericorũ, quę probatur per *l. generaliter, 42. C. de episc. & cler.*

Vers. Et si Vasallus.

Hoc versic. pro omni anno, Hotom.legit omnino.

vers. Adoptiuus.

Ratio huius vers. perspicua manet ea *l. quod contra* 141.D.*de regul.iur.* nota hic tamé vt bene Hotoman. adoptiuos non omninò à feudis, sed tantùm à paternorum feudorum successione remoueri, in hunc vide Baldum Aluar. Laud. *numero* 1.*&* 2.Pet.Rau. Præpos. & Afflict.§. *de feudi def.* Curt. *consil.*10.*nu.*33.

versic. Mulier habens.

Huius versic. repugnantiam, & absurditatem notat Hotom. & eam dilucidè explicat, per l 4.C.*de secund.nupt.*per *lib.*2.*tit.*26.§.17. *&* *tit.*29.

vers. Naturales filij.

Glossam sequitur Alexand.*consilio* 2.*libro* 1. *num.* 16. Sed hanc Glossam reprobat Carol. Molinæus ibi. Sed Parid.*consilio* 1.*numero* 49. dicit quòd omnes Scribentes sequũtur hanc glossam. Adde quod imò in feudo hæreditario pater potest legitimare filiũ spurium in præiudicium agnatorũ ipsis non citatis. Paris.*consil.*2.*libro* 1.*num.*41. Ad hũc versic. pertinet formula legitimationis quæ est apud Petrum de Vineis *lib.epistol.*6.*cap.*16. Vide *ca.*7. *conclus.* 62.*&* 63. Henric. à Rosent. Synops. Feud.

§. Si quis decesserit. in vers. Sempronius proximior.

Nota hic, quòd facta alienatione in remotiorem gradum potest proximior recuperare rem. Sed an sẽper procedat in omni prohibitione. vide Tiraquellum *in tract. de vtroque retract.*§.2.*vel* 11.*glo.* 6.*numero* 3.*&* 14.*cũ sequent.* Sed quid si fuerit facta alienatio vni ex proximioribus, an possint alij pro rata eorum petere. vide *num.*20. facit l. *Iusiurandum*,13.§.3.D.*de Iureiurando.* & beneficij auctorem non agnosci, periniquum est, l.1.D.*si à parent.quis manu.*

vers. Vel per annum.

Vide Franciscum Balb.*de præscript. in q.*1. *num.*4.*in prin.*30.*q* 1 *numer* 11. Item per hunc text tradit Dec *cõs* 389 *col.pen* vbi dicit, quod si primogenitus sit inuestitus solus, cùm tamen pars feudi spectaret etiam ad secũdum, tamen si secundus steterit per annum, quòd nihil dixit, excluditur, quòd notat Gram. *deci* 103 *num*.38.

¶Item nota hunc textum non procedere in feudo hæreditario, Dec *cons* 390.*col.fi* Itẽ nota quod hoc tẽpus non currit agnatis, qui tunc nõ erant adhuc nati, quia si postea nascuntur poterũt reuocare. Dec.*cons.*395.*in fi.* Item si currat vni agnato, non tamen per hoc præiudicat alteri sequenti. Dec. *consilio* 441.*vel* 445.*col.penult.* Item intellige ista, nisi esset consuetudo, quod feuda possint alienari, quia tunc idem esset, sicut de cæteris bonis allodialibus. Dec.*consil.*586. Item qualiter procedat ille textus vide Grammat.*decis.*103.*numero* 206. & Soc.Iun. *consilio* 75.*colum fi.libro* 1.

§. si facta.

Huic § contradicit *tit.*7 *libro* 2 De hac materia inter se dissentiunt, Martinus & Bulgarus. & Martinum sunt secuti Cynus, Paulus & Fulgosius. Bulgarum verò, Ioannes, Azo, & complures alij, quorum probabilior sentẽtia videtur ex *l. empto* 11.*D.de act.empt.*

§. si Vasallus.

De hac materia quando Vasallus deliquerit, an & quando feudum pertineat ad agnatos, an ad dominum vide omninò Dec.*consil.* 252 *col.pen.*

vers. In generali.

Nota per hunc textum quòd in generali sermone nunquam intelligitur de feudo, & multa ad hoc tradit Dec.*cons.*383.*colum* 2. sed quando hoc procedat vide *ibi col.fi.* Item per hũc text. dicit Grauet *decis.*101.*col.*5. quòd in generali renunciatione filiorum, bonorũ patris nõ veniunt feuda, & tradit etiam Socin. Iun.*cons* 14 *col.*1 *in fin.libro* 1.*&* *colum* 2 *nu.*6. dicit, quòd etiamsi vna pars testamenti loquatur de feudis, tamen si in alia non sit expressum, non venient feuda. Sed tamen pro declaratione secus dicit, quòd feuda non veniunt in generali sermone vel dispositione. vide omninò Decium *consilio* 76. *per totum. maximè col.*2.*ibi quarto*, &c. vbi notanter declaratur, & an veniat sub nomine generali beneficij. Item in feudo hæreditario, quod venit in fideicommisso vniuersali, licet de eo non sit facta mentio, Paris.*cons.*3.*num.*16. *&* 34.*lib.*1. Adde quòd in generali sermone & appellatione hæreditatis non venit feudum. Paris. *cons.* 7. *colum.*1. Item generalis quietatio non se extendit ad feuda. Paris. *dicta consilio* 7.*colum.*1.

§. si vasallus.

Sed quid si dominus agat, an sentẽtia lata contra Vasallum noceat domino. vide Affli. *decis.*396.*colu.*2. Et quod hic dicũt, quod sententia lata cõtra Vasallum noceat domino, an idem sit in transactione & compromisso. vide Alexand. *in l.sæpè*, *n.*131.*D.de re iud.* sed an noceat agnatis, ad quos erat peruẽturum feudum. Alex. *dicta l.qui sæpè*, *num.*111, quod sit con-

sit contra Dec. *cons.*445. *num.*30. *&* 31. & an compromissum in arbitrũ vel arbitratoré valeat, quod habet vim transactionis, vide per Soc. Iun. *cons.*77. *n.*77. *cum seq. lib.*1. vbi latissimè de intellectu huius text. scilicet an sententia lata contra Vasallum noceat domino. Item an noceat proximo agnato. vide Paris. *consil.*5. *num* 38. *cum seq. lib.*1. vide Hotom hic. *& lib.*2. *tit.*8. §.2. Contra vide *lib.*2. *ti.*44. facit ad intellectum *l.*3. D. *de trãs-act. &* l.24. *&* 25. *C. de pactis.*

Tit.27. De pace tenenda & eius violatoribus.

Vers. Si quis hominem.

In verb. *nisi per duellum*, &c. Hæc lex nostris moribus penitus est abrogata. vt per Alciatum, *de duell. chart.*13. *in fin.* & est cõtra ius Canonic. De duello optimè Hotom. hic *& tot. cap.*45. *lib. disput. de feud.* Vide etiam *li.*1. *tit.*10. *Lombard. const.* Imper. Henricus, Gũtherus, *lib.*8.

§. si quis alium.

Vide l.1. §. *diuus*, D. *de sicar.* l. *eum qui.*5. *& & l. is qui.*7. C. *eod. Lombard. lib.*1. *tit.*6.

§. si quis rusticus.

In vers. *nemo retia sua.* Guidon. Pap. *decis.*208. Sic Nouell. 85. *de armis.* §.4. *& lib.* C. 11. *titul.*47. Itemque *in Lomb. lib.*1. *tit.*35. facit l.1. *D. ad* l. *Iul. de vi publ.*

Tit.28. Hîc finitur Lex, deinde cõsuetudines regni incipiunt.

In princip.

Vide Gloss. Beluiso. Iser. Nicol. Land. *nu.*16. Aluar. *num.*4. Præpos. Afflict. Bal. Glauc. c.1. *lib.*3. *num.*13. Vvesemb *cap.*6. Alciat. *lib.*3. *consil.*11. *Quib. modis feud. amitt. cap.*1. Iacob. *in dicto titul. num.*18. Curt. *dicto tit. pag.*4. *num.*10. *argumen.* l. *tutori*, C. *de negot gest.* & Cuiac. *libro* 4. *de feud. tit.*27. Vide *libro* 2. *tit.*7. *suprà.* Facit ad hunc locum *l. minimè* 35. D. *de relig.*

§. Ad hoc quantocunque.

In vers. *si vasallus*, &c. An dominus teneatur soluere melioraméta facta per Vasallũ, vide Guidon. Pap. *decis.*169. & quod melioramenta sint Vasalli, & ipse ideò possit disponere, vt suus heres, tradit Pari. *cons.*2. *n.*51. *lib.*1. *& con.*4. *nu.*4. *lib.*1. Cuiac. *lib.*4. *tit.*28. *& lib.*1. *tit.*20. Idem dicitur *lib.*1. *tit.*21. §.1. *& li.*2. *tit.*26. §.4. *&* 13.

§. Si vasallus.

Facit l. *adeò.*7. §. *pen.* D. *de acquir. rer. domin.* l. *Paulus.*14. *de dol. except.* l.1. *&* 2. *c.* Gregor. *de rei vendic.* l.1. *de rer. diuis.* l.1. D. *de dot. praleg.*

§. His consequenter.

Vide Hotom. *hic & libro* 2. *tit.*23. l. *vlt.* C. *ad* l. *Falcid.* facit Macrobij locus, *lib.*1. *Satur. c.*12. l. *tertiam*, 9. C. *Th. de exact.* Iason *in* l. *diuortio*, *num.*6. *in prin. ff soluto matrim.*

Vers. Cõtra omnes deber.

Vide Gellium *lib.*20. *c.*1. *& libro* 5. *c.*13. Fridericũ *libro* 2. *tit.*55. §.5. Cuiac. *libro* 4. *de feud.* 31. *De auxilio vasalli.*

Tit.29. De filiis natis ex matrimonio ad morganaticã contracto.

Facit *libr.*2. *tit.*26. §.17. Vide in hunc titulũ Cuiac. *li.*4. *de feud. tit.*32. Vdalric. Zas. *in vsus feudor. parte quinta*, *num* 70. De morganatica voce, vid. Hotom. *hic & in suo dictionario Iur.*

Tit.30. De feudo fœminæ.

Huius tit. sententiam exponit Cuiac. *lib.*1. *de feud. tit.*12.

In verbo, *Deficientibus filiis masculis, &c.* Ita consuluit Soc. Iun. *cons.*109. *num.*7. *lib.*2.

vers. quod est fœmineum.

Quid sit feudum fœmineum, vide Soc. Iu. *consilio* 5. *numero* 2. *columna* 1. *libro* 1.

Monachus neque noui feudi capax est, neque hęreditarij, *libro* 2. *tit.*21 *& tit.*36 Vdalric Zas. *epit. feud. parte* 5. *nu.*71. Præpos. *in ca.*1 *fol.* 4. idé dicitur *in c. qui clericus. si de feud. cõtra fuer. inter dom. & agn.*

Tit.31. Si vasallus Feudo priuetur cui deferatur.

Vide *libro* 2. *tit.*24. §.5. *& tit.*26. §.7. *versic. si clericus*, Cuiac. *lib.*4. *tit.*34.

Tit.32. Qui testes sunt necessarij ad nouam inuestituram probandam.

De duobus generibus testium, Vide *Nou. Leo.*48. vide Vdalric. Zas. *in vsus feud. parte* 11. & de duplici inuestitura, *part.*6. *nu.*2.3. *&* 4. Item Cuiac. *lib.*4. *tit.*35. *&* 5. *libro* 1. *tit.*26. *& libro* 2. *tit.*2. §.2. *& tit. proximo*, Hotom. *libro* 3. *obs.* contra *tit.*25. *libro* 1. facit verò *tit.*26. *eod. &* 28. *& tit.*24. *libro* 2. *& tit.*58. §.2. *eodem lib.*1

Tit. 33. De consuetudine recti feudi.

Cuiac. *libro* 4. *titul.* 36. *quot modis feud. acqu.* quam materiam fusissimè tractat Hotom. *hic & libro de feud. disput.* c. 17. *& sequent.*

§. Item si inter.

Cuiac. *ex hoc* §. *tit.* 37. *facit*, vide *libr.* 1. *tit.* 1. §. *si autem controuersia*, *&* §. *cum autem. & libro* 2. *tit.* 11. §. *vlt. &* 15. Vide Cuiac. *libro* 4. *tit.* 2. *&* 3. & Hotom. *hic & in capite de forma probat. de feud. disp.*

Tit. 34. De lege Conradi.

Hotomanus hanc Legem Conradi esse negat, quia Lex Conradi nihil de litibus, neque inter Capitaneos, neque inter Vasallos statuit. & reponendum esse censet, Lotharij pro Conradi, & hanc Legem partem esse Legis Lotharianæ, patet ex *libro* 1. *tit.* 21. *& tit.* 22. §. 2. quæ supplenda est ex *libro* 1. *tit.* 18. §. 1. Lex autem Conradi recensetur *libro* 3. *tit.* 4.

§. Ex eadem lege. in vers. dominus fine.

Vide de hoc in terminis Alex. l. 2. *vel* 11. *in fi. prin. ff. solut. matr.* Alex. *consil.* 96. Felyn. *capite auditis extra, de praescr.* Cuiac. *libr.* 4. *tit.* 38. *libro* 1. *feud. tit.* 22. §. 2. *& tit.* 27. §. 2. *& libro* 2. *tit.* 26. §. 4. *&* §. 20.

§. Similiter.

In verbo, *in feudum*, quomodo & in quibus hoc procedat, quòd Vasallus possit alium infeudare, vide Dec. post Abb. *hic, qua in ecclesiarum. col. pen. ext. de const.* vide, *libro* 2. *tit.* 9. Contra l. *si pignore*, 54. §. 1 *ff. de furt.* quod etiã ius sublatum, Const. Frider. *libro* 2. *tit.* 55. §. 2.

§. Profectò ille

Vide omnino Soc. Iun. *consil.* 102. *numero* 30. *vers. non obstat. libro* 2.

§. Si fuerit.

Cuiacius constituit hic *tit.* 39. *libro* 4. & hãc materiam tractat *libro* 4. *tit.* 5.

Tit. 35. De clerico qui inuestituram facit.

Vide Laud. Bald. Alex. Ra. Beluis. & idem *in prin. qui feuda dare poss.* Cur. *p.* 2. *de feud. cler.* q. 12. Facit l. 3. *C. de episcopis & cler.*

§. Si tamen.

Idem dicitur, *libro* 1. *tit.* 4. vbi copiosè Hotom. *tit.* 6. vide *libro* 2. *tit.* 26. §. *vasallus.*

Tit. 36. An mutus vel alias imperfectus feudum retineat.

De muto, Cuiac. *libro* 1. *tit.* 2. §. *vlt.* vide Bal. Alex. *numero* 6 Laud. *numero* 5. Beluis. & DD. *in prin. per quos fiat inuest.* Hannet. *libro* 1. *c.* 6. Zas. *pa.* 5. *&* 10 Sonsbeck. *pag* 7.

¶ De filiofam. Vves. c. 5. Blanc. *libro* 1. c. 5. Alex. *hic in* §. *personam.* Bart. & Dy *in* l. *quamuis*, §. *vlt. de acq. poss.* Infans & furiosus per tutorem DD. *arg.* l. *furiosi*, *de reg. iur. &* §. *pupillus. Instit. de inutil. stip. &* § 1 *de auct. tut.* l. *potuit, de iure del* b. l. 1. C. *de cur. fur.* Alexand. *numero* 4. *dicto* §. *personam*, Borch. *libro* 1. *cap.* 5.

Tit. 37. An ille qui interfecit fratrem, feudum domini sui amittat.

¶ De hac materia vide Beluis. Laud. hic *n.* 14. Aluar. & alij *in* §. *similiter, quibus modis feudum amitt. in* c. 1. ibi hominẽ tradendo gloss. & ibi Bald. Aluar. *numero* 3. Laud. *numero* 1. Præpos. Isern. Afflict. *numero* 21. *& sequenti*, Iacobin. *numero* 15. *&* 16. Curt. *pag* 4 *numero* 43. Borcholt. c. 8. *numero* 103. *&* 125. allegat Giga. *de crimine laes. maiest. libro* 3. *q.* 5. Rayn. §. *fina. numero* 27. *de prohib. feud. al.* per Feder. Blanc. c. 1. *libro* 2. *numero* 7. Item Bald. *in Authen. nulla communitas*, *Cod. de episcopis & cler.* Ioann. Andr. *in* c. *pro humani, De homicid. in* 6: vt citat Iacobin. Butrig. *in* l. 1. *C. de malefic. & math.* & Iacob. Butrig. *in* l *Athletas*, §. *calumniator, de his qui notãtur infam.* Vide & Scuhrff *consilio* 43. *centuria* 1. Imolam *in* l. *si finita*, §. *si de vectigal. de damno infecto*, Hotom. *disp. feud.* c. 41. Zas. *in vsib. feud. parte* 10.

§. Cùm autem.

Quando propter delicta Vasalli feudum pertineat ad agnatos, an ad dominum, vide latè Decium *consilio* 252. *col. pen.* & Afflict. *dec.* 385. vbi loquitur, an priuato fratre propter delictum vadat ad alium fratrem feudum, an ad fiscum.

Tit. 38. De Vasallo qui contra constitutionem Lotharij Regis beneficium alienauit.

§. Si Vasallus.

Idem dicitur *libro* 1. *tit.* 13. *& libro* 2. *tit.* 8. *& tit.* 24. §. 2.

vers.

vers. Si partem.

Sed quid si expressum est, vt nõ possit alienare, an etiã tunc seruãda sit hęc distinctio. Vide DD. hic & illa expressio quid operetur, vide Dec. *in cons. 667. col. 2.* Idem arg. sumi potest *ex l. 2. §. si quis tabulas. 13. D. de SC. Syllan. l. etiamsi 3. de legat. 1*

vers. Etsi voluerit vnius.

Adde quod etiam feudum ecclesiasticũ cõcessum ab Episcopo potest renũciari in manibus ipsius Episcopi. Zas. *cons. 50. vel 5 num. 13. lib 1.* Limita hoc vel declara vt licet ipse renuncians omittat etiam ius, tamen nõ potest praeiudicare agnatis venientibus post ipsum. Pari. *consilio 5. n. 14* limita hoc nisi feudum esset nouum, quia tunc Vasallus potest in pręiudicium agnatorum refutare feudum in manibus domini, Rip. *in l. in quartam, nu. 179 D. ad L. Falcid.*

Tit. 39. De alienatione paterni feudi.

Alienatio feudi, &c. Sed quanto tẽpore pręscribatur illi iuri reuocandi quod habẽt isti agnati, vide latè Franc. Bald. *de praescript. in 4. p. prin. in 7. q. 12. q. 1.* Limita primò hũc textũ procedere in paterno siue profectitio secus in nouo. Limita secũdo procedere in inferiore domino, secus in principe Dec. *cons. 390. col. fi.* Limita tertio nõ procedere in feudo haereditario, vt ibi per eũ, & quod dictum est non procedere in principe. Dec. 208. *vel* 308. c. 3. & latè de materia Dec. *cons. 445. col. 3.* Item adde per hunc textũ quòd Vasallus nõ potest vsu agnito renũciare, vel donare feudum in praeiudicium promixorum, Dec. *vbi n. 22.* nec etiam de consensu domini *num. 23.* Item adde quòd quemadmodũ Vassallus nõ potest alienare in pręiudiciũ alterius agnati, ita etiam non potest rem in iudicium deducere per quod per sentẽtiam posset illud auferri, & ideo sententia cõtra illum lata nõ praeiudicabit aliis agnatis, Dec. *ibi latè, n. 24. cum seq* Adde similiter quòd agnatus nõ potest pręscribere feudum in praeiudicium alterius, quemadmodũ nõ potest alienare. vide ibi *numer. 56. vers. 6. videtur obstare* 1. Itẽ si Vassallus tenuerit vltra annum, quo casu sibi praeiudicat sequenti anno, quin possit petere inter annũ. Dec. *dicto cõs. 455.* Adde similiter quòd Vasallus nõ potest mutare formã solitam inuestiturae in praeiudicium aliorũ agnatorum, & facere quod ipsi non succedant, si per primam inuestituram succedebant. Decius *consilio 468. columna 4.* Item Vasallus non potest cognoscere in aliquẽ modum à domino in praeiudicium agnatorum, vt per Dec. *dicto consilio 468. numero 26* Nota tamen quod licet Vassallus non possit alienare in praeiudicium aliorum agnatorũ, tamen si alienauerit, vt proximior agnatus ei sit haeres, nõ poterit contrauenire alienationi. Alex. *consilio 18. columna 2. libro 1.* Grauett. *consilio 135. numero 8.* Nota etiam Vasallum feudum sine domini cõsensu, & permissione nullo modo alienare posse, *vt libro 2. tit. 52. §. 1. & tit 55. §. 1. & 2.*

¶ Item hunc textum limita in superiore, qui haberet potestatẽ plenam, nõ posset cõtrauenire inuestiturae & praeiudicare descendẽtibus vel agnatis, vt ex multis probat Gr. *consil. 1, 5. in secundo dubio.* Item an filia, quòd Vasallus non potest etiã transigere, nec deducere rem in iudicium in praeiudicium agnatorum, sed benè tamen secundum Grau. *consilio 197. columna secunda,* Item non potest permittere praescribi, & sic praescriptio quae currit contra eum, non nocet agnatis, Alex. *consilio 84. columna fi.* sed vide Soc Iun. *consilio 76 numero 13. & 101. libro 1.* Adde quod nec in fructibus spectantibus ad agnatos post eius mortem potest praeiudicare eis Alex. *consilio 160. in fi.* An autem alienatio feudi facta per patrem assentiẽte domino noceat domino, vide Afflict. *dec. 112.* & an renunciatio patris noceat filio, vide Bald. *in l. quis si patris, numero 11. C. vnde liber.* Adde tamen an sententia, cõpromissum, & transactio facta per Vasallum noceat agnatis, Alex. *in l. saepe, num. 110. D. de re iud.* sed Dec. *cons. 445. nu. 3. cum seq.* videtur reprobare hoc verius, vide tamen Afflict. *dec. 396.* & de compromisso, vide So. Iun. *cons. 77. nu 77 lib. 1.* vbi plenè declarat.

¶ Limita tamen hunc textum, vbi esset cõsuetudo quòd Vasallus posset alienare cum cõsensu domini in pręiudicium aliorum agnatorum, tradit Soc. Iun. *cons 72. nu. 44. li. 1.* quia tunc possent non obstãte aliqua dispositione & fideicommisso, vt ibi. Et quod dicitur quòd agnatus non potest pati praescribi in praeiudicium aliorum, vide Soc. Iun. *cons. 76. & 27. libro 1. & n. 84. &* 101. vbi dicit hoc non procedere in pręscriptione tanti tẽporis, cuius initij memoria non extaret. Adde quòd dic. Soc. Iun. *cons. 76 numero 123. libro 1.*

¶ Limita quod si foemina fuerit relicta ex defuncto, poterit princeps, si eã petierit inuestituram, & alij agnati fuerunt negligentes, ei in praeiudicium eorum concedere feudum potest, vide ibi *n. 18.* aliàs Imperator nõ potest concedere feudum foeminae in pręiudicium agnatorum. Sed quia iste textus non procedit in feudis nouis, vide quãdo dicitur in proposito: nouũ & antiquum per Afflict, *decis. 248.*

¶ In huius tit. materiam, Ardizon. *sub Rub. Si vasallus refut. feud. domin.* Bald. *in c.1. hoc tit.* Aluar. *hic, nu.6.* Isern. Laud. *num.1.* Prępos. & Afflict. & Petr. Rauenn. *post gloss. ibidem*, Iacob. *nu.9.* Clarus *ad fin. quæst.34.* & in hoc omnes concordare dicit post Cuman. *cons.167. nu.2* adde *c.7 quæst.103.* Curt. *part.4. nu.147.* Dec. *consil.395. in causa magnifici, vol.3.* Hoto. *cons.31. nu.19.* Belurso. *hic.* Alciat. *lib.3. cons.3.* Thom. de Marin. *tit.2.*

Tit. 40. De capitulis Conradi.

Vide in hanc materiã gloss. Beluis. Laud. *nu.1. & 2.* Aluar. *nu.1.3. & 4.* Bald. Iser. Petr. Rau. Prępos. *in §. Insuper, de prohib. feud. al.* Affl. Neapol. *c.1. §. est & alia, Quæ fuit pr. causa benef. amitt.* Curt. *p.4. n.56.* Vves. *ca.8. in pr.* Borch. *d. loco n.29* & Syluan. *q.6 & 7. nu 12* & facit quod cui damus actionem multo magis exceptionem, *l.1. de superf. l. inuitus, 156. §. 1. de reg. iur. l. si is, vt in poss. legat.* Host. Iacob. *in verb. dictique vasalli, promiss. numer. 57.* idem textus *in c. Imperialem, §. præterea,* & ibi DD. *de prohib. feud. al. per fed. & c.1. Quo temp. mil.* Rolan à Valle, *cons.68. n.24. vol.2.* Curt. *tract. suo, p.4. nu.45.* Ardizon. *c.45.* Clar. *49. q.* Hart. *tit. de feud in suis obs. c.9. & 12.* Hannet. *lib.3. c.1* Zas. *part.7. n.1. & seq.* Duar. *c.14.* Bl. *c.1. lib 2. n.47.* Borcholt. *c.7. n.4* Iacob. *in verb. Qui quidem inuestiti*, fuit tamen glossa quæ saltem annum dari putauit *all.* à Cald. *cons. feudali,7.*

§. Præterea.

An iste §. excludat omnem prescriptionem, vide Fran. Balb. *de præscript. in 4. parte princ. in 12. q. p. in 4. q.* & certè videtur quod iste textus excludat etiam præscriptionem 30. annorum contra gloss. hîc, nam cùm speciale sit in feudo, vt nulla præscriptio currat nisi 30 annorum, secundum Panor. *in c. ad audientiam, col. fi. extr. de præscr.* certè licet tus sic dicat, nulla obstante præscriptione quę aliàs erat illicita, quæ erat 30. annorum, aliàs superflua essent illa verba, quòd alia præscriptio quàm triginta annorum in feudis non procedat, vide omninò Tiraq. *de retract. conuentionum, §.1 glos. 2. n 12.* vbi etiam dicit, an dictio semper & simil. excludant præscriptionem 30 annorum.

§. Fin. item si clericus.

Qua ratione procedat iste textus, & an procedat etiamsi Episcopus cum consensu capituli commiserit feloniam, vide Rip. *in c. sup o, numero 95. extr. de rest. spol.*

Tit. 41. De controuersia inter masculum & fœminam de beneficio.

Vide Beluis. *& textum in §. & similiter & ibi DD de Capitan. qui Cur. vend.* Duar. *c.21.* Bald. & alij *in §. inter filiam, Si d. feudo def. & ibi* Aluar. *n.1. & 4* & Laudens. *n.1.* & facit *c.7. q.114.* Iac. *de S.G. dictique vasalli prom. recognoscere, n.6. in fi.* tradunt multi, *c.8. supra q.59.* Affl. *dec.267.* Curt. *tract. feud p.2* Clar. *§. feudum, q.18.* post Bellon. *cons.10. n.9. & seqq.* Viuius *lib.2. op. comm. in lit. f. verf. feudalis res,* Fichardus *in add. adop.* Ioan. Bapt. à Villalob. *in lit. V, n.3. §. è contra vasallus,* Cur. Iu. *cons. 108. & cons. 158. & 184. numer 1.* Gabr. Rom. *li. 3. de feud. concl, 3. n.1. & 2.* Iacob. *Verb. de Castr. rubeimont. n.16.* Laicot. *num.40.* Ardizon *sub Rub. de contēt. feudi, 130.* Blãc. *c.1. lib.4. nu.149.*

Tit. 42. De controuersia inter dominũ & emptorẽ feudi.

Vide Nicol. Beluis. Schenk. Blanc. *hic. c 1. li. 2. n.69.* Iacobin. *in verb. & cum pact. de non alien. in f.* Curt. *d. c.1. p.4. n.114.* & monet Iacobi. de loco idcirco liberandum, quod vasallus sciens alienarit. Hannet. *lib.3. ca.7.* Duar. *c.14. distinct. 16.* Vide Synopsim Iur. feudal. Henr. à Rosent. *c.6. concl.81. & c.9. conclus.94.*

§. Obertus dicit.

Vide omnia per Guid. Pap. *in termin. in decis.305.*

Vers. Eo quod ignorans.

Sed si ignorantia præsumatur hoc casu an probetur per iuramentum vasalli, & similia. Dec. *cons.667.*

Tit. 43. De controuersia inter Vasallum & alium de beneficio.

Idem dictum *lib.2. tit.9. & 26. §.24.* Exemplum præbet Papo. *arrest.13.* & limita per Const. Neapol. *3. tit.5.* Vide Cuiac. *lib.2. tit.9. & lib.4. tit.23. & 52.* Bald. *in c.1. huius tit. n.16.* & Aluar. *n.2* Præpos. Rauennat. & Laudens. *n.3.* & facit textus *in §. si Vasallus, si feud. def.* Iacobin. *numero 7. & 8.* Curt. *d. l. p.4. numero 96.* Clar. *q.38.* Alex. *cons.3. vol.3. & cons.41. viso themate libr.6.* Rom. *cons.166.* Parisius *cons.1. numero 134. lib.1.* Chassan. *ti. des fiefs, §.8. in verbo eü alienation & transport, vers. nunquid auth.* Borcholt. *d. c.8. numero 44. lib. si pro fundo, Co. de transact.* Tiraquell. *lib. de retraict lignagier, §.1. gloss.14. numero 66.* Alciat. *cons.69. libro 9.*

Vers. Ipse enim solus.

Nota sententiam latam contra vasallum præiudicare domino, de quo vide latè supra ad §. si Vasallus, &c. in tit *si de feudo controuersia inter dominum & agnatum, &c.*

Tit. 44.

Tit. 44. Quid iuris sit si post alienationem feudi vasallus id recuperauerit.

Vide Curt. *parte 4. nu. 81. & 103. &* §. *habito de probib. feudi aliena.* per Lothar. *c. 1. Qualiter olim* Blanc. *li. 2. c. 1. nu. 69. & Io.* Iacob. *verb. & cum pacto de nō alienando*, Borcholten. *c. 8. n. 28 cū seqq.* Zas. *part. 9 nu 26. & part.* 10. *nu. 2.* VVesemb. *c* 11. Clar. *q. 31 n. 6.* Aluarott. *in c. 1. §. callidis, de probib. feud.* Al. per Feder. *tit. ante, n. 1 glos. in §. fi. quæ fuit prima causa per c. 1. de vas. qui cōtra cōst Lothary, & iunge d. c.* Imperialem. Phil. Corn. *cōs. 67. in 2. part.* Frāc. Aret. *cons.* 14. Duar. *c. 14. n. 15 & 18* Ioh Andr post Rossr in Spec. *Rubr. de feud.* Canonistę *extr. de feud c. 2.* Faber. *§. fi. verò, Inst. de leg.* Mol. *in consu.* Par. *§. 13 gl. 5. n. 7.* Tir. *t. de retr. lignag. §. 23 gl. 2. n. 25. & lib. 2. t. eod. §. 1. gl. 7. n. 19 c 1.* Rayn. *in §. habito, de probib. feud a* per Fed. *li. 2.* Bar *in l. sequitur. §. idem labeo, in fi. de vsuc.* Alex. *in l. si à me, n. 3. ad l. Falc.* Bertr. *cōs 2. n. 6. vol. 2.* Camerar. *in c. imperialem, de prob. f. al* per Fed. *part. 1. pag 53. & seq.* Viuius *lib. 1. op. verb. Emphyteuta alienans*, Kirch. *cent. 8 concl. 67.*

Tit. 45. An agnatus vel filius defuncti possit retinere feudum, repudiata hęreditate. Si contigerit.

Quando possit repudiari feudū & retineri, declara vt per Dec. *cons. 395. col. pe. nu 7. & cōs. 445. n. 5.* vbi dicit hūc textū nō procedere in feudo non hæreditario. Item nec in nepote, vbi Alex. *cōs 19. col. 1. n. 3.* vbi videtur contra. Adde quod licet faciat Inuentarium, tamē tenetur creditoribus paternis quoad fructus feudi satisfecerit Alex. *cōs. 59.* Sed quod hic dicitur de filio, nō procedere in nepote; secund. Alex. *cōs. 84 col fi.* & quando procedat iste textus, vide omninò Sōz. Iun. *cons. 77. nu. 137. li. 1.* vbi dicit non habere locum in feudo antiquo, & *n. 141.* vbi & alio modo declarat. Item secundum Pari *cons. 2. nu. 3. li. 1.* quando feudum est hæreditarium, non potest agnatus velle feudum & repudiare hęreditatem. Et sic limita hunc textum.

Vers. Nec de debito hæreditario.

Vide omninò Grau. *cons. 197. col. 1.* vbi declarat quando procedat iste textus.

Vers. Sed aut vtrumque.

Etiamsi fecerit inuentarium. Iul. Ferret. *in addit. ad Bar. in Libello contrar. iur. ciuil.* & Lon go. *in Rub. de prob. alien. min.* Idem in Emphyteusi hæreditaria, tradit Sozin. *cons. 68. in fi. libro 2.* sed declara hunc textum procedere, vt per Alex. *cons. 26. n. 3. lib. 5.* Idem declara procedere nisi filius sit exclusus ab hæreditate patris per eius renuntiationem vel quis sit à patre priuatus, nam tunc licet non sit hęres, poterit habere feudum. Ita Sozin. Iun. *consilio 114. nu. 11. lib. 2.*

Vers. Quo facto.

Vide Soz. Iun. *consilio 77. nu. 141. lib ro 1.*

Tit. 46. An apud iudicem vel curiam domini quæstio feudi debeat terminari.

Facit *§. pe. de prob. alien. per fed. iunct. c. 1. de inuest. in mar fact. & c. 1.* apud quem *vel quos & hu loc.* DD. VVesemb. *c. 17.* Cur. *p. 4. nu 98. c. 1. de leg.* Corr. *§. si inter. de alien. feu. pat. c. 1. de contr. feu. & c. 1. de contr. int. vass.*

Titul. 47. Qualiter Dominus proprietate feudi priuetur.

Accedit ad hunc loc. *c committente domino, si de feud. def.* & ibi DD. Laud. *num.* 12. Pet. Rauenn. Bellouis Iser. Bald. Præpos. Aluar. *n. 9. & n. 11. c Si verò, t. de mil. vass. qui cont. est.* & ibi Iacob. *n. 24.* Gloss. *in §. illud tamen, non lateat, seu i em qui Domino*, Laur. Syl. *de feud. recog. qu. 30. num. 4.* Zas *p. 10. In vsus* feud. Epit. Clar. *§. feud. q. 68.* Vves. *c. 10.* Guid. Pap. *decis.* 168. Thom. *c. 1. n. 78.* & seq.

Vers. Ita dominus.

Sed an eo casu vadat ad Vasallum, vel ad quem, vide Afflict. *decis. 265. num. 31. in 8 fall.*

Vers. Sed prior sententia.

Lim. vt Afflict. *dec. 265. n. 3 fal. 4. & 8.*

Titul. 48. De feudo non habente propriam feudi naturam.

Circa hanc materiam, quæ sint feuda non habētia propriam naturam feudi, & quid requiratur, vt dicantur habere propriā naturā feudi, & ideò tūc poterit fœmina succedere, vt per Part. *ibi col. 2.* & ibi loquitur de casu vnius certi 10 libras. Adde quod feudū emptum est impropriè feudum, & ideò in eo succedunt fœminæ, Pari *d. con. 4. n. 34 lib. 1.*

Vers. Licet propriam feudi.

Nota ex hoc textu quòd quotiens in feudo apponitur aliquid, quod sit contra natu-

ram feudi, in exteris omnibus debet seruari natura feudi, vt in notabili casu declarat Decius *cons.193.num.5.& 6.*

Vers.& cui,in fin.

Per ista verba, An videatur concessũ quod feudum transeat in fœminas, vide Dec. *consil. 193.col.pen.*& Paris *cons.3.num.19.lib.a* &Dec. *cons 390.n.*8. nota tamen quod licet talem potestatem dominus dederit Vasallo, intelligitur cum consensu domini, vt intelligitur ex Dec.*cons.614.col.*1. Itẽ quod per illa verba habeat potestatem alienandi tradit. Grau. *cons.84.col.2.& 92. vel 191.col 2.n.6.* vbi idem dicit Tibi concedo & eis qui habebunt causam à te: nam eo casu poterit alienare. Item quid si dixerit, quod possit de eo disponere ad voluntatem suam, vide Alex. *cons. 113.* & multas formas inuestiturarum, per quas videatur immutata natura feudi, vt possit Vasallus cui velit relinquere & alienare feudũ, tradit notanter Grauett. *decis.103.n.129.cum seq.*&vide quod feudum, quod non habet naturam feudi, quãdo fuit concessum per verba, Donamus, quia amittit naturam feudi, & habet vim vel causam allodialium, & ideo succedit fœmina, Soz.Iun.*cons.76.n.49.lib.1.* & quando concessum est feudum pro hæredibus, quibus nunquam dicitur contra naturam feudi, ideo potest alienari fine consensu domini, *cons.3.lib.1.*

Tit. 49. De eo qui fidem fecit agnato de feudo paterno.

Coniunge *lib.2.t.26.* §.*vlt.* Hot.& DD.hic distingunt inter pactum reale, & personale, vt primò vbi se solùm ad rem referret, non facta mentione agnati, aut ipsius hæredum, nullo modo posset habere regressum ad rẽ & postquam fit in manibus agnati præsumi personale. Alex.*cons.113.vol.5.*Bald.& Aluar. *c.1.n.3.* Iacob. *Verb.& vnus ex dict.vass.nu.5* Ardizon.*Rubr.*108.Clar.*q.77.n.f.*

Tit.50. De natura successionis feudi.

Vide §.5.*tit.de success.frat.* Hart.*libr.2 pract. obs.t.de feud.obs.47.*Curt. *2.memb.3.part.n.46.* Vvesemb.*c.6.n.*8. Bell. pertic.*c.12.*Borc.*dicto loco,num.9* Bald.*in Auth.defuncto,C.ad Tertull.* Aluar. *num.1.& 7.*Zas.*de success.feud.p.1.* Minsynger.*cent.3.c.39.* Iacobin.*verb.& vnus ex dictis vass.numer.*10. Schurff.*cent.1.cons.27.* Blanc.*lib.3.c.1.num.3.* Iser.*h.t.*

In verb.verbi gratia.

Vide Alex.*consi.*110.

in verb.& non filia.

Idẽ *lib 1.t.1.§.3.& t 8.§.3 & t.24.& lib.2 t.11.*

in fine cap. in vers.omnes aliæ lineæ.

Intellige tamen ordine successiuo, vt proximiores admittantur, & quod dicit æqualiter, intellige 1.in capita, non in stirpes. Ita declarat Tiraq.*in tract.de vtroque retract.§.2. gloss 6.num.2.*

Titul. 51. De capitaneo qui curiam vendidit, an intelligatur beneficium vendidisse.

Hæc facti species eadem proponitur, *libro 2.t.26.§.in generali, & t.34.*

Vers.Respondetur.

Sed istud in quibus terminis procedat, vide omnino Dec. *cons.61. col 1* vbi id declarat non procedere, quando dominus vẽdit sub vniuersitate, quia tunc trãseunt feuda, quod notat in §.*fin.in vers. ad certum seruitiũ.* Adde quod tunc dicitur feudum conditionatum, quãdo Vasallus est obligatus ad certũ, quod puta ad cereum 10.librarum, nec tunc tenetur ad fidelitatem curandam, Paris.*consi.4 n. 16.lib.1.* Adde quod licet in inuestitura dicatur: Concedimus in feudum rectum, tamen si apponantur conditiones & certa seruitia, censetur potiùs conditionatum, licet appellauerit rectum. Paris.*cons 161.*

Titul. 52. De prohibita feudi alienatione per Lotharium.

Vide *lib.1.t.21.§.2. & lib.2.t.9.§.vlt.& libro 1.t 5.§.2.& 13.item lib.2.t 44.& t.55.§.1.* Gunther. Ligur. *Auth.habita, C.ne fil.pro patre.*

Præter supra dictos, adde Anselmum, & Georgij Bernardi diuisiones in hos quatuor institutionum libros. Scripsit etiam Melchior Lincx iuris professor Vuitébergæ Goiardus Alemanus Ioach. Mynsingerus. Extat Ioachimi Hopperi in quatuor libros institutionum dispositio, Marcus Antonius Petrus Ligneus.

¶Harum autẽ institutionũ finis est, vt sint prima legum cunabula & elementa quibus iuuenes instructi, ad penetralia iuris accedere faciliùs possint, in his enim nucleus legũ cõprehenditur & exponitur, sic Græci, vt ait Harmen. *lib*.1.*ti*.1.§.6. Latini non modo iurisconsulti: sed & Theologi institutiones dixerunt Lactant.1.*cap*.1.

§. Imperatoriam.

Pro intellectu huius proœmij, vide Cuiac. *lib*.4. *obser.cap*.24. Constant. Land. *enarrat. in tit. de iust. & iure, cap*. 3. ex professo Ioannes Rod. Hispanus *ad eum* §. *scripsit*.

Princeps Romanus.

Quasi diceret Imperatorem non ex armis tantùm, sed ex legibus gloriosam sibi victoriam comparare. Nota autem hic Imperatores Romanos olim dictos fuisse principes, qua de re scribit Tac. *lib*.1.*annal*. Aristot. *l*.7. *polit.cap*.9. *& lib*.2.*cap* 5 *lib*.1 *ca*. 3. *l*. 7.*ca*.14 Plato *in tit. de R publ.* Cicero *li*.1.*officior*. Plato: *lib*.5.*de Repub. & lib*.2.*de legibus*.

§. Quorum vtramque.1.

Vide Forcatulum *Necyom.dial*.37. Contiũ *lib*.1.*lection subsec.cap*.7.

Barbaricæ gentes.

Hi sunt pagani, non autem Christiani quas autem barbaras gentes intelligat hic Iustinianus, pulchre declarat hic Hotomanus.

Post tanta temporum spatia.

Quot annos Vãdal. Africam obtinuerint, declarat Procopius, vide l. 1. *in princip. D. de off. præf. prætor.*

§. Omnes verò.2.

Quantum Iustinianus Imperator legibus præstiterit, declaratur hoc §.

Ad immẽsa veteris prudẽtiæ.

Vide Duarenum *lib*.2.*disput. cap* 6.

Per medium profundum.

Sic Liuius 31. *Prouectus animo in vastiorem altitudinem ac profundum inhibi.*

§. Cúmque hoc.

Crinitus *lib*.10.*de honest.discipl*.c.12. Alcia. *lib*.4.*disput*.c.3.

Ex quæstore sacri palatij.

Plin.7.*&* 8.*epist*. Isidorus & Crinit. quos Accursius sequitur, scribunt exconsules & exquæstores dici qui cõsules & quæstores fuerũt, qui Ciceronis tẽpore appellabãtur Cõsulares, & quæstores quorũ sententiæ obstat, l.2.*C.de vet.iur.enuc.* ibi enim in principio legis Tribonianum appellat exquæstorẽ, quẽ inferius simpliciter quæstorẽ nominauerat. Hac ratione quidã inducti existimarũt nihil interesse inter exquæstorẽ & quæstorẽ, qua de re vide Alciat. *lib* 4.*disp.cap*.3 Accurs. *in* l. *fi.C.de diuers.rescript.* Budæus hic.

Ab antiquis fabulis.

Fabulas appellat leges quæ non sunt in vsu, Amm. Marcel. *lib*.30.

Virũ excelsum Tribonianũ.

De fide Triboniani in iure constituendo, vide Harmen. *lib*.1.*tit*.1.§.10 *& Suidam.*

Caij nostri.

Caium nostrum appellat, quoniam eo auctore præcipuè vsus est, sicut de Scæuola quo frequenter vtuntur solẽt Paulus & Tryphoninus dicere, Scæuola noster. Hic autẽ Caius fuit Adriani Imperatoris temporib. l. *vtrum ff de reb.dubiis*, l. *nuper, ff. de donatio. inter vir. & vxor.* Anton. Ang *lib*.3.c.7.

§. Summa itaque.6.

Ad hunc §. vide Rainald. Cors. *indagat.lib*. 2.*cap*.3.

Inst. Iust. Liber primus.

In hunc librum primum scripsit Syluester Aldobrandinus.

Tit.1. De iustitia & iure.

Ad hunc titulum scripsere Ferdin. Zoares. Rainaldus Corsus *lib*.1.*indag.ca*.11.*& lib*.2.*c*. 14. definitur autem iustitia hic *constans & perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuendi*. l. *iustitia*, 10.*h.t.* vel animi affectio suum cuiq; tribuens ac societatẽ cõiunctionis humanæ mirificè & æquè tuẽs, Cicero 5 *de finib.* Arist. *lib*.5.*Ethic*.c 1.

§ iurisprudentia.1.

De hoc Alciat.*lib*.2. *disp*.c. 8. Hius autem

versiculi sensus verus ac germanus mihi esse videtur vt iurisprudentia nos doceat quomodo ius & leges cognoscamus, per diuinas res intelligimus quęstiones de religione, ceremoniis, de fide. & per humanas quęstiones intelligimus de Repub. de legib. de bello, de pace, de vectigalibus, & de iure ciuili, Cicero *lib. 3. de orat. & libr. 2 de legib. in Topicis, & 1. de Orator.* Arist. *lib. 5. Ethic.*

§. His igitur. 2.

Iustinianus expositurus iura populi Romani pollicetur se accommodaturum suas perceptiones ad capacitatem discentium, qua in re imitatur statuarios, qui primum rude aliquod opus effingunt, deinde paulo diligentius exponunt, & ad extremum, supremam manum imponunt, Fab. *in proœm. lib. 8* Inst. *orat. lib. 1. c. 2. & 3.* Cicero *Tuscul. 5.* Aristot. *libro 5. Ethic.*

§. Iuris pręcepta. 3.

Vide Ræuardum *lib. 1. var. c. 1.* Mercerium *lib. 2. opinion. c. 2.* Vvaltherum *lib 2. misce. c. 7.* Declaratur autem hic Iurisconsulti triplex officium, qua de re Tull. *lib. 3. officior. & libro 3. de finibus*, Arist. *lib. 5. Ethic. c. 1. & c. 3.*

§. Huius studij. 4.

Hoc desumptũ est ex Vlpia. *in* l. 1. §. 1. *h. tit.* Fab. *lib. 2. c. 4.* sacrum publicum & priuatum ponit, sed publico continetur sacrum, vt notat Bud. hic. Alciat. *in* l. *pupillus*, §. *munus*, D. *de verb. sig.* Aus. *idyl. 15.* Cicero *in partitionib. & de legibus*, l. 5 §. *vlt & leg. seq.* D. *de cap. min.*

Tit. 2. De iure naturali gentium & ciuili.

Iuris priuati quod partim ex naturę præceptis, partim ex institutis gentiũ & partim ex ciuitatum statutis compositum, tres traduntur hic species, naturale nempe, gentiũ, & ciuile. de quibus speciebus ordine nunc disseremus, quæ enumerantur quoq. ab Vlpia. *in l. 1. §. 1. & §. ius naturale*, D. *de iust. & iur.*

§. ius naturale est.

Rainaldus Corsus *lib. 1. indagat. c. 10. & 13.* vide Bart. *in tract. de testam. char. 151.* qui ponderat hunc textũ ibi, & vide in simili Bald, *in l. 1. col. fi. vers. 6. principaliter quæro, circa fin. de reb. dub.* Vide declarationem ad illũ textum per Hostiens. *in summa, extr. de spons. sub Rub. illa de matrimoniis in 2 col. in fi.* vide multa cõferentia ad materiã iuris *in extrauaganti. bonis, incip. rem non nouã, in Gloss. quadã magna.* Laurentius Valla *lib. 4. elegant.* hanc iuris naturalis definitionẽ improbat, aliámque adfert quam itidem reprobat Budęus *in* l. 1. D. *de iust. & iur.* Cicero *lib. 1. offic.* Gell. *libr. 1. c. 6.*

¶ An mater teneatur alere filium vsque ad triennium, vide l. *nec filium*, & ibi gloss. *Cod. de pat. potest.*

¶ An liberi cogantur alere parentes, vide l. 1. & 2. C. *de alend. lib.*

¶ An frater diues teneatur alere fratres & sorores inopes, vide l. *qui filium*, D. *vbi pup. educ. &* l. 1. §. *sed nonnullos*, D. *de tutel.*

¶ An & in quo differat ius gentium à iure naturali, vide l. 1 § *finali, cum quatuor sequentibus*, D. *de iust. & iur.*

§. ius autem ciuile. 1.

In hunc §. Forcatulus Auiarij *cap. 2.* Quot & quibus modis ius ciuile accipiatur, declarat hoc loco Imperator. coniunge autem cum hoc §. l. 9. D. *de iust. & iure.*

Partim suo proprio.

Cicero hac de re 1. *de legibus, & in oratione pro Balbo.* Arist. *lib. 5. Ethic. cap. 6. & 7.* Cicero *lib. 3. offic.*

Vocatúrque ius ciuile.

Sic Cicero *in Topicis*, idem ius sic definit, vt sit æquitas constituta iis qui eiusdem ciuitatis sunt ad res suas obtinendas.

§. Sed ius quidem. 2.

Magius *lib. 1. miscell. cap. 16.* Zoannetus *rerum quotid. cap. 60.*

Vel Draconis leges.

Perperam hic Draconem facit legislatorẽ Lacedæmoniorum, cũ fuerit ἀθηναῖος νομοθέτης, Draconis meminit Aristoteles *lib. 2. polit. cap. vlt.* Plutarchus & Laërtius in Solone Agel. *lib. 11. cap. 18.*

Quirites à Quirino.

Varro *lib. 4. de ling. Latin.* Cicero 1. *de legib.* Ouid 2. *fastor.* Dionys. *lib. 2.*

§. Constat autem. 3.

Vide Platonem *octauo de repub.* Ræuard. *de auth. prud. cap. 14.* hoc desumptum est ex Vlp. *in* l. 6. & 7. D. *de iust. & iur.* Cic. *in Topicis.*

§. ius autem gentium.

Ad Glo. in verb. *pone, in fine*, vide Bart. eum reprobantem *in* l. *ex hoc iure, in 6. col. in 3. nu.* D. *de iust. & iure, &c.* Et de hoc, vide aliquid in vltima quæstione, *super §. quod ferè, eod. tit.*

*Cuiac. *ad* l. *iuris gentium. ff. de pact.*

§. Lex autem. 4.

De lege Hortensia, vide Gellium *lib. 2 cap. 25.* Verùm nota hic nomen legis varias apud auctores nostros significationes habere, prímum enim legis appellatione omnes iuris Romani scripti partes, immò etiam aliorum populorum iura scripta comprehenduntur, vt in

vt in l.*omnes*, D.*de iust. & iure*,in §.*ius autem fit.l.de quibus*, D.*de legib.l.legitima*, D.*de pact.* eáque ratione plebiscita nonnunquã leges appellantur.nam & Aquiliam & Falcidiam leges appellamus,cum plebiscita esse constet,vide Dion.*lib*.48.

¶Legis nomen peculiariter tribuitur eis quæ à populo Romano, vti dignissimo legislatore cõstituta sunt.Hæc autem legis definitio sumpta est à causa efficiente.Quãobrem toto cœlo aberrat Accursius putans istã definitionem in sententia conuenire cũ ea quæ est *in l.*1. *D.de legib* cũ qua nihil prorsus cõmune habet,hodie autem abutimur nomine legis,capita legum leges appellantes, quod & Bud.optimè notauit, vide apud eum de modo ferendarum legum.

§.Senatusconsultum.5.

Cùm populus Romanus multum excreuisset,vt difficile conuocarentur gratia ferẽdarũ legũ,ad Senatũ deuoluta fuit ista sũma potestas,ideoque quicquid Senatus decreuisset, pro lege seruabatur. sed hodiè apud nos supremi Senatus legũ authoritatẽ nõ habẽt ,quoniam exemplis iudicãdũ non est,sed legibus, cõstitutionibus & moribus.

§.sed & quod.6.

Duarenus *lib.*1.*disput.ca.*19.Contius *lib.*2. *lect.c.*8 Charondas. Longollius post tractatum de seruitutum vsucapione.Hic autẽ locus descriptus est *ex l.*1. D.*de constit. princip.* obiter tamẽhic notabis:omnia quę principi placent legis vim non habere :quid enim si princeps paciscatur aut contrahat cũ aliquo ad hanc cõuentionẽ ius facere dicemus,pari modo nec quælibet interlocutio quã protulit in aliquo negotio princeps ius facit, quia nõ voluit princeps eã pro lege haberi: veruntamẽ addendum est ita demum quod principi placuit legem esse,si non aduersetur rectæ rationi,Gloss.*in can.lex* 1.*dist*.2.

§.Prætorum quoque.7.

Cuiacius *lib.*8.*obser.cap.*38. coniunge cum hoc §. l.2.§.5. D.*de orig.iur.* pertinet etiã huc quod Tullius ait,edictum prætoris legẽ esse annuam.

§.Responsa.8.

Gomesius*lib.*2.*variar.lect.cap.*30.Cuiacius *lib.*7.*obs.c.*25. vide libellum Ræuardi *de authoritate prudentum*.Iuriscõsultorum authoritas quę &quãta fuerit,declarat hic Cicero *in oratione pro Cæcinna*.Eutropius *li.*8.De responsis prudentum, & à quo ius respondẽdi de iure peteretur,vide l.2.§.47.D.*de orig.iur.*

§.sine scripto.9.

Ius non perscriptum est quod vsus nõ cõprobauit,vsus inquam non repugnans iuri naturali & rectæ rationi,item vsus frequẽs & inueteratus,hoc est plurimorum annorũ vsus, nam vt id quod moribus constitutum esse dicitur,vim iuris obtineat,in primis requiritur,vt ne iuri naturæ aduersetur, quod tam non scripti quàm scripti iuris vnica est norma,quod si cum eo pugnet,nullius momenti erit *l.quod non ratione*, D.*de legib.l.*2.*C. quæ sit long.cons.*

§.Et non.10.

Rainald.Corsus *lib.*1.*indag.ca.*12. redditur autem hic ratio, cur ciues Romani partim iure scripto partim nõ scripto vtãtur,quoniam origo iuris fluxit ab institutis, vt ait Pomponius *in l.*2.§.1 D.*de orig.iur.* qua de re Liuius *lib.*3.Halicar.*lib*.10.

§.Sed naturalia.11.

Ponitur hic differentia inter ius naturale & ius ciuile,naturale etenim de quo supra dictum est mutari non potest vlla ciuili ratione, sed ius ciuile mutatur pro morũ & temporum varietate.

§.Omne autem.12.

Quidam hic faciũt initium tit. *de iure personar.* vt Cuiacius.Hæc autem diuisio maximè notanda est,quoniam continet argumẽtum librorum institutionum,& ordinem ac methodum horum librorum, de argumento proponit quia quicquid in sequentibus titulis scriptum est agit,vel de rebus,vel de personis,vel de actionibus.ad ordinẽ quod attinet is talis est,vt primum agat de personis vt *libro.*1. *secundo de rebus,vt lib.*2.*&* 3,*& princ.li.*4.*Tertio de actionibus,vt in t.de action.*

Tit.3.De iure personarum.

Huic titulo respondet apud Harmenopulum *tit.de libertatibus, lib.*1.*tit.*18. adde titulum Pandectarum de iure personarum, Caius 1.*Inst.cap.*13.

§.summa itaque.

Omnes homines aut liberi sunt,aut serui. Hominum quisquam neque est, neque fuit vnquam,qui ad alterum horum non pertineat,etsi enim quidã sint de quorũ statu probabiliter dubitetur, quales sunt statuliberi & addicti,qui tamẽ rẽ paulo propius inspiciet,facilè animaduertet eos horũ generum alterutro cõtineri,cõiunge l.*manumissiones*, *ff.de iust.& iur.l.si id quod seruus,ff.de cõd.indeb*.

§.Et libertas.1.

Quid sit libertas, declaratur hoc §. vide apud Harmenop.1.*tit.*2.l.4. *D.de statu hominũ, de libertate*, vide Bart. *in tract.*S.*hif*8.*col.* vide Glo. vt per Ang. I*nst.de iure personar.*& Bald. *in* L.*libertas*, D. *de statu hominum*, plura de libertate & maximè patriæ, vide per Ioan. Niuera *inter cons.Alb. Brum.cons.*12.*col.*1. Speculator *de treuga & pace ad finem*.

§. Seruitus autem.2.

Proponitur hic seruitutis definitio, quæ maximè notãda est: aliter eam definit Cicero *in paradoxis*, Quint *lib.*2.*cap.*3. An seruitus naturæ contraria sit, vide Aristot. *lib.*1.*polit. cap.*3.*&* 4. Seneca *declam.*7. Bart. *in* l *in* 1.*col. in vers.quaro, D.de seruit.* de diuisione seruitutis, vide *can.cum redemptor.*12.*q.*2.

§.Serui autem.3.

Antonius Augustinus *ad leg.sed si mulieres, §.plane ignominia, D.de excusat.tutor.*

¶ Quod Imperatores captiuos venderent, vide Gellium *lib.*7.*cap.*4. Plaut. *in Pers.*& Halyc. *lib.*4. Cicero *in oratione pro Flacco.*

¶De mancipiis, vide Varronem *de ling. Latina*, Macrobium *Saturnaliorum*, *lib.*3.*cap.*7.

§.Serui autem, &c.4.

De seruis qui ex ancillis nostris nascũtur, vide Festum *lib.*19. & Nonium, hos prudẽtes vernal. vocabant, confer hunc §. cum l.5. D. *de statu hom.* quæ ad hunc locum explicandum mirè confert, tametsi verba diuersa sint.

Ad pretium participandum.

Alij vt Cuiac. habent *Partiendum.* Sed perinde est. nam qui pretium quo venditur nõ participat, is licet maior 20. annis fuerit cũ distraheretur, ad libertatem nihilominus proclamare potest, *vt* l.1. *D.quib.ad liber.proclam.licet.*

§. in seruorum.7.

Nihil interest vtrum quis natus an factus sit seruus. at verò multum refert, vtrum quis natus an factus sit liber, quamuis quantum ad ministeria attinet & officia seruorum, inter se differant, serui enim alij sunt actores, alij Atrienses, alij Mediastini, alij ordinarij, alij vicarij.

---

tit.4. De ingenuis.

Vide Caium 1.*Inst.*4.1 & Harmenopulum *lib.*1. *tit.* 18. §.5. Hic autem totus titulus ex Mart. petitus est, l.5 *ff.de stat. hom.* Vlp. *in frag.* Paul. *lib.*2.*sent.cap.*25.

ingenuus est is.

Igenuus est omnino liber, quoniam in eo nec seruitus, nec vllum seruitutis vestigium est, porro ingenuus est qui nascitur liber, vt definitur hoc titulo, vel qui natalibus à principe est restitutus, qua de re agitur *libro* 40. *Pan lect.tit.*2. *& lib.*6. *Col.tit.* 8. *Nou. const.*78. Cicero *lib.*3.*de natura deorum*, Liuius *lib.*10.

¶*Vulgò conceptus.* Vulgò concepti dicuntur, qui patrẽ demonstrare non possunt, vel qui possunt quidem, sed eum habent quẽ habere non licet, qui & spurij appellẽtur, vide quæ notaui *in l.vulgo.ff.de sta.hom.* proinde demõstrare non posse nihil aliud est quàm incertum habere.

¶An delictum parentis noceat liberis, vide l. *sancimus*, C.*t.de pœnis*, quod tamen limitatur in crimine læsæ maiestatis & hæreseos, in quibus quidem casibus filij innoxij eatenus puniũtur, vt priuentur patrimonio, nullique vnquam possint succedere, aut vlla dignitate ornari, vt declarat l. *quisquis*, §.*filij*, C. *ad l.Iul.maiest.& * .*Au* i .*Gasaros. Co.de heret.*

§.Cum autem.1.

Mecerius *libro primo opinionum*, *cap.*10. Cõiunge *l.*2. *Col.de ingenuis manumiss.&* l.21.*de aprim.* An & quæ differentia sit inter seruum esse & in seruitute esse, vide Fab. *lib.*7.*cap.*3. Paul.5.*sentent.tit.*1.*vide gloss.mag.supra, titul.*1 *in* 2.*parte.*

---

tit.5. De libertinis.

Augustinus *ad leg.*1. §.1.*D.de excusat.tutor. & lib.*3.*emend cap.*7.*in fine.* Ne homines perpetuo ista balluina & misera seruitute tenerentur, veteres eius tollẽdæ causæ varios inuenerunt modos, qui hic enumerantur, interest enim Reipublicæ, ciuitates repleri liberis hominibus, & libertas res est inæstimabilis.

Libertini sunt.

Obseruandum hic est antiquitus libertinos dictos fuisse, non qui manumissi fuissent, sed qui ex iis essent procreati: id est liberos eorum qui manumissi essent, qua de re Suetonius *in Claud.c.*24. postea verò libertinos appellatos, qui cùm serui fuissent, libertatem consecuti essent: & hoc sensu passim in hoc titulo, & in libris nostris verbum hoc vsurpatur.

§. Multis autem.1.

Ræuardus *lib.*4. *varior. cap.*9. vide Cornelium Tacitum *lib.*13. Politian. *miscell.*198. vide l.1.C. *de Latin.libert.tollenda.*

Vindicta.

Vindicta virgula erat quam lictor serui manu-

manumittendi capiti imponens, eundem in libertatẽ vindicabat, qua de re Vlp. *in Frag. tit.* 1. Boër. *in Topicis Cicer.* Theophil. *in* §. *vlt. h. t.* meminit etiã huius virgulæ Plutarchus *in libello de iis qui tardius à Deo puniuntur.* sic Persius *Satyra* 5.

Vindicta postquam meus à Pratore recessi
Cur mihi nõ liceat iussit quodcumque voluntas.

§. Serui verò. 2.

Rainaldus Corsus *lib.* 1. *indag. cap.* 15. monet autem hic manumissionem quouis tempore & loco fieri posse, quo quomodo intelligendum sit, optimè declarat hic Hotom.

§. Libertinorum. 3.

Ad intellectum huius §. vide Alciatum *lib.* 1. *parerg. c.* 16. Ferrandum *lib.* 2. *explicationum, cap.* 18. Marcum Vertranium *de iur. lib.* 1. *cap.* 29. Politianum *miscellaneor.* 84. Turneb. *lib.* 7. *aduers. cap* 22.

Titulus 6. Quibus ex causis manum.

Hoc titulo explicatur lex Ælia Sentia, quę lata fuit Augusti temporibus, Sexto Ælio & L. Caninio. conss. eius capita quot & quæ notat Iul. Pac. *in lib.* 1. *Instit.* huc etiam pertinet titulus *fforum, qui & à quibus manum. & tit. qua in fraud. cred.*

Non tamen cuicumque.

Nota hic, quod contra leges facta alteri non præiudicant, sed sibi.

Lex Ælia Sentia.

De lege Ælia Sentia, Connan. *lib.* 1. *cap.* 5. Vpl. *in frag. tit.* 1.

§. Licet autem. 1.

Contius legit *licet tamen*, sicut & Theoph. & in aliis exemplaribus legitur.

Qui soluendo non est.

Is dicitur non esse soluendo, qui non potest soluere solitum quod debet, siue nihil, siue partem tantum soluere possit, l. *soluendo* 114. D. *de verb. sig.*

§. idémque iuris. 2.

Quibus modis in fraudem alienasse quis præsumatur, vide hic Doctores.

§. in fraudem. 3.

Ad materiam istius §. vide Iason. *Instit. de action.* §. *item si quis in fraudem, col.* 9.

§. Eadem lege. 4.

Consilium exercere quid sit, vide Alciatum *lib.* 1. *parerg. cap.* 41. Anton. Aug. *c.* 2. *lib.* 1. *emend* Theophilus autem scribit consiliũ esse consensum clarorum virorum, qui certo anni tempore tam Romæ, quàm in prouinciis conuenire solebant consilij mentio frequẽs est toto Titulo, D. *de man. vind.*

§. Iustæ autem. 5.

De iustis manumissionis causis, vide Modestinum, *in l. matrimonij, D. qui & à quibus.*

§. Semel autem. 6.

Manumissionis causa semel approbata re tractanda non est.

§. Cum ergo. 7.

An aduocatus obligetur clientulo, cuius causam per imperitiam perdidit, vide l. 1. C. *de aduocat. diuers. iud. & c. aliquo, extr. de iniur.*

Tit. 7. de lege Fusia Caninia tollenda.

De varia huius tituli inscriptione, vide D. Goth. Iul. Paccium & alios, Caium *lib.* 1. *Instit. c.* 2. quare lata fuerit, declarat hic Klinc.

Lege Fusia.

Iason *in l. pactum, inter haredes, C. de pactis, iuncta glossa.*

Tit. 8. De his qui sunt sui vel alieni iuris.

Nota hic potestatem domini in seruum esse iurisgentium.

Sequitur de iure.

Hic locus descriptus est *ex lib.* 1. *Institutionum Caij titul.* 3. & ex l. 1. D. *de his qui sunt sui.*

§. In potestate. 1.

In hoc §. duo tractantur, primum ostenditur quę sit origo potestatis, quam domini habent in seruos: secundo referuntur effectus herilis imperij, seu potestatis dominicę.

§. Sed hoc tempore. 2.

De constitutione diui Antonini, vide Senecam *libro* 3. *de beneficiis.*

¶ De dominorum asperitate, vide Macrob. *libro* 1. *Saturn. c.* 7.

§. Sed & maior.

Corrasius *libro* 1. *miscellan. c.* 23. De Asylo siue de ęde sacra, vide Cicer. *Verr.* 3 *&* 4. Liu. *lib.* 23. Senecam *lib.* 1. *declam.* Tacitum *libro* 3. Quod ab ecclesia inuitus nemo abstrahi nõ possit, non semper est verum, etenim qui delictum commisit, qui corporalem pœnam commeruit, in ecclesia tutus non est, templorum enim tutela non nocentibus, sed læsis

datur à lege, iure tamen Canonico nemo templo extrahitur, quamuis grauiter deliquerit.

Tit.9. De patria potestate.

Ræuardus *ad leges duodecim tabularum*, c.3. ad illam materiam, vide l.*patre, de his qui sunt sui vel alieni iuris*.

¶Et ad Gloss. in verb.*ius autem*, vide textum *in* l.*cùm oportet*, §.*non autem ibi patria potestas*, C.*de bon poss contra tab*.

in potestate nostra.

Locus hic desumptus est ex l.3.*D. de his qui sunt sui vel alieni iur*.

§.Nuptiæ autem.1.

De nuptiis siue de matrimonio, vide Gell. *lib*.4.*ca*.3.*lib*.18 c. Ramald.Corf.*lib*.1.*inuagat. cap*.16. *&* 29.l 10. *&* 11 D.*de ritu nupt*. nota autem hic differre nuptias à matrimonio: nuptiæ etenim sine matrimonio esse nô possunt, & matrimonium sine nuptiis esse potest. Papinianus 15.*Resp*.

§.ius autem.2.

Forcatul *Necyom.dial*.15.Vacon.*lib*.1.*decla. cap*.8.Hilicar.*lib*.2.

11 ¶De iure potestatis & quibus proprium sit, vide Alciat.2.*disput*, *cap*.22.Valerium Maxim. *lib*.5. *capite* 8. Huius etiam iuris meminit Liuius *libro* 1.vide Alciatum *in* l.*potestatis*, D.*de verborum significatione*, §.*in potestate*.Ad Gloss. in verbo *ius autem*, adde textum *in* l. *cùm oportet*, §.*non autem ibi propria potest. &c*. per quem textum videtur addi vnus effectus patriæ potestatis.

§. Qui igitur ex re 3.

Coniunge l.4.*&* 5.*D.de his qui sunt sui*, côfer hunc locum cum l.2.§.*nam qui*, D.*de his qui sunt sui*.

Tit.10. De nuptiis.

Antonius Guibertus *libro* 1. *quæstionû iuris capite* 12 Contius *libro* 1.*lect.capite* 4.Declarâtur autem hoc titulo quæ sint iustæ nuptiæ, ita vt quidam existiment, *de iustis nuptiis* legendum esse, continet itaque hic titulus rudimenta tituli Pandectarum *de ritu nuptiarum*, & tituli Codicis *de nuptiis*.

iustas autem.

Vt legitimæ sint nuptiæ in primis requiritur, vt hi qui coëunt ciues sint Romani, hac de re vide Strab. Halicar. & Sigon. *de iure antiq.ciui Rom.libro* 1. *cap*. 9. Papinianum 15. *Responsf*.

Masculi quidam puberes.

Quod impuberes iustas inter se nuptias contrahere non possint, declarat Plato *lib*.11. *de leg* 16. Macrob. *libro* 1. *in somn. Scip.cap*.6. congruit l.4.D.*de ritu nuptiarum*, Nouel 100. & Leonis 78.

§. Ergo non omnes 1.

Coniunge cum hoc §. l. 0. *&* l. *vltimam*, D.*de ritu nuptiarum*, nota autem hic nuptias contrahi non posse, inter eas personas quæ parentum liberorúmve locum inter se obtinent. quod optime declarat Xenophon *in libro* [illegible] & Plato, *libro* 8.*de legibus*, *&* *octaue de repub*. ratio autem huius rei adfertur ab Aristotele, *libro* 2. *politicorum*, hac de re præclare Philo *in decalog. libro* 1.

§. inter eas quoque.2.

Ad huius § faciliorem intellectum, vide l. 18.D.*de ritu nuptiarum*, loquitur enim ibi Iurisconsultus de nuptiis prohibitis inter cognatos ex transuerso gradu. Summa autem prohibitionis nuptiarum quæ hac iuris ciuilis parte continetur hæc est, nempe nuptiæ prohibentur inter eos qui conuicti sunt, vel in secundo vel in tertio, & in quarto gradu in linea inequali.

§. Fratris verò.3.

Congruit cum hoc §.l.17.*Cod.hoc titulo*, *&* l.12.D.*de ritu nuptiarum*.

Sororis filiam.

Ambrosius *epist*. 66. 12 scribit ex quarto gradu vxorem ducere licere.

§. Duorum.4.

Contius *libro* 2. *cap* 11. Tacitus *libro* 4.*capit*.12. dicitur autem consobrinorum nuptias lege esse permissas, vt videre est in lege Mosaica Genes.*capite* 29.& iure ciuili hic, & l 78 §.*filiam*, D.*ad Trebellianum*, l.19.*Cod.hoc tit*.

§.item Amitam.

Amitam ne adoptiuam quidem vxorem ducere permittitur, l. *per adoptionem*, 17. §.1. D.*eod*.

§. Adfinitatis quoque.6.

Ad huius §.intellectum sciendum est affinitatem esse personarum coniunctionem, sine vlla cognatione ex nuptiis procedentem, vt rectè deffinit hîc Theophilus, priuignâ vnde dicta, Festus in hac voce.

Qui duas vxores.

De duobus vxoribus ducendis legem tulit Valentiniana, *Histor.tripert.libro* 8.*ca*.11.l. 1.§.*vltimo*, *&* l.13.§.2.D.*de his qui not.inf*.

§.Socrum quoque.7.

Socrum aut nouercam ducere non possumus,

mus, quoniam parentum liberorúmve loco habentur, *l.4.§.7.D.de gradibus affinit.* vide epist.1.ad Corinth.*cap.5.*

§ Mariti tamen.8.

Nuptiæ inter compriuignos iure contrahuntur *l.generali 34. §.2 ff. de ritu nuptiarum*, quoniam neque cognati inter se neque affines sunt *l.Titia,D.de verb.oblig.*

§.Si vxor tua.9.

Prohibitæ sunt nuptiæ inter quosdam ob publicam honestatem.

§.Illud certum est.10.

Nuptiis impedimento sunt seruiles etiam cognationes, *vt l.14.§.1.ff.de ritu nuptiarum*, omisit autem hic tractationem nuptiarum in affinitate collaterali.

§.Sunt & aliæ.11.

Personas alias quæ nuptias contrahere non possunt, vide quæ notaui *in tit.ff.de ritu nupt.*

§.si aduersus ea.12.

Contius *lib.2.disputationum,c.11.* Hoc loco abrogatur sententia quæ apud Paulum extat *lib.2.sent.Tit.19.§.2.*

§.Aliquando.13.& vlt.

Cuius matrimonium, vide Alciatum *libro 3. parad.c.16.* Explicantur autem in hoc §.duo modi legitimandi, vnus si filius naturalis offeratur Curiæ alter si mater eius ex concubina fiat vxor, qua de re est *l. 10 Codice de naturalibus liberis*, vide Nou.89. *capite 2 Nou. 12.cap.4.*

Tit.11. De adoptionibus.

Quæret hic aliquis quare de adoptionibus potius quàm de adoptione dixerit, sed (vt opinor) multitudinis numero vtitur, respiciens ad duas species adoptionis, quarum vna retinet nomen generis, vocatúrq. simpliciter adoptio: altera dicitur arrogatio, magna tamen est differentia, adoptamus etenim coram magistratu alienum filiumfamilias, arrogamus authoritate principis patremfamilias, vt dicemus *in §.1.l.3. & vide* Harmenop.*lib.2.tit* 8 Caium 1.*Inst.cap.5.* Vlpian.*in frag.tit.8.*

Non solum autem.

Totum hoc ex Vlpiano desumptum esse videtur cùm ait, *non tantum naturales liberi in potestate parentum sunt, sed etiam adoptiui, l. 2.D. de adoption.* adde hic *l. 13. & 14 Cod. de probat.*

§.Adoptio autem.1.

Quod adoptio tribus non duobus modis fiat, vide Valerium *lib.7.cap.9.* & Dion.55.40. & 46. Cicero *lib.11.de legibus, & in orat. pro domo sua*, de Adrogatione, vide Gellium *lib. 5.c 19.* neque miretur quispiam nomen generis speciei tribui, nam hoc & alias frequẽter fit.

§.Sed hodie.2.

An & apud quem legis actio dicatur, vide hic Lin.

§.Cùm autem.3.

Forcat. *Neeyomant dial g 98.* Goueanus *libro 2. var.lect.c.10.* Gell.*lib.5.c.19.* Forn.1.*Select.19.l.sancimus,C.de verb.sign.*

§.Minorem natu.4.

Rainaldus Corsus *lib.1.indagat.c.18.* Adoptionem naturæ imaginem vocat Sueton.*in Tyber.c.2.* Cicer.*pro domo sua.*

§.Licet autem.5.

Contius *lib. 1. lect.subsec.c.6.* facit hic *l.mela 14.ff.de aliment.legatis.*

§.Et tam filium.6.

Filium etiam alienũ adoptare possumus.

§.sed si quis.7.

Suus hæres quis dicatur notat Hotomanus *in comment.verb.iur.*

§.In plurimis.8.

Continetur hic comparatio legitimorum & adoptiuorum.

§.sed & illud.9.

Turnebus *lib. 29. aduers.c.5.* Forcatulus *Aniary c.8.* Ferandus *lib.2.explicat. c.19.* Magius *lib 2.Miscellan.c.5.* De Spadonibus vide Ant. August.*emend.lib.3.c.5.* Alciat.*in l.Spadonum, ff.de verb.sign.*

§ Fœminæ.10.

An & quo casu fœminæ adoptent, vide hunc textum.

§.illud proprium est. 11.

An Tiberius ante Augustum adoptauerit, vide Suetonium *in August. c. 19.* & Tacitum *lib.12 annalium*, An autem mulieri liceat adoptare Theoph.hic.

§.Apud Catonem.12.

Contius *dicto capite 6.* vide Gellium *lib.13. c.18. & libo. 5.c.19.* iunge *l.fin.§.similique modo,C.de Latina libertate tollenda folio 179.nu. 58.repetitione 6* De Catone, vide *l. 4.§.Cato, ff.de verb.oblig.l.vnica,§.similique,C.de Latina libertate tollenda.*

Titul. 12. Quibus modis ius, &c.

Patriæ potestatis soluẽdæ hoc titulo enu-

merantur modi, videlicet mors parentis, deportatio patris vel filij, seruitus pœnæ, patriciatus, filij captiuitas emancipat. & adoptio. vide Harmenopulum *lib.1.tit.17.* Vlpianus *tit.10.* Qui in potestate mancipióve sunt, an & quemadmodum ex iure liberentur, vide Paul.2.*sentent.tit.15.*

Patriæ.

Existimant quidam hoc verbum *Patria* expungendum esse, quod hîc non solùm de patria, sed etiam de herili potestate loquatur, Caius 1.*Institut.Tit.6.* Vlpianus *d.loco.*

Videamus nunc.

Ad intellectum huius §. vide *l.5.D.de his qui sunt sui.*

¶An sacerdotium liberet filium à patria potestate, declarat hîc Bart. Morte patris an & quemadmodum patria potestas soluatur, vide Harmenopulum *lib.1. tit.17.§.2.* iunge hîc *l.15.ff.quando dies legati cedat.*

§.Cùm autem.1.

In hunc §. Alciatus *lib.1.parerg.* De deportatione loquitur hîc Imperator quæ quasi mors dicitur, qua de re est *l.verū,* §. *Societas. ff.pro socio,* cui adde *librum 9.& vltimum,* C. *de sentent. pass.* qui loci hunc pulchrè illustrant.

¶An & quibus relegare concessum sit. An pater deportatus ciuitatem amittat. An captiuitas patris vel filij dissoluat patriam potestatem, vide Bart. & Bald. hîc. Nota autem hîc quæ de toto eadem & de parte intelligenda esse.

§.Relegati.2.

Vide Apostill. Bart. qui reprobat glossam *in l. vt vim, sub litera D.iust.& iur.* Et circa istud dictum, vide Iason. *Institutis de actionib.* super definitione in gloss. in verbo *quamuis,* vide Bart. *in l.amissione, §.qui deficiunt de capite diminutionis.*

¶ An relegatio patris & filij ius patriæ potestatis adimat. An bannitus æquiparandus, sit deportato: vide hîc Baldum. An & quæ differentia sit inter relegatum & deportatum, Theophilus hîc. Relegati autem hodie banniti dicuntur olim aqua & igni interdicti.

§.Pœnæ seruus.3.

Pœnæ seruus effectus filios in potestate habere desinit. Serui autem quomodo pœnæ efficiantur declarat hoc loco Imperator. Grauitatem autem huius supplicij describit Diodor. Sicul. *lib.6.l.sunt quidam,17. ff.de pœnis* Nemo autem hodie fit seruus pœnæ, *Nou.22.cap.8.*

§.Filiusfamiliàs.4.

Turnebus *lib.15.cap.6.* Quæ autem dignitas filium à patria potestate liberet, declarat hîc Iust. qua in re consule *l. vlt.C.de consul. l. si maritus 7.Cod.de patria potestate,* vide Halicar. *lib.2.* Budæum *in Pandectas, & l.3.Cod.de adopt.* & *Nou. Const.81.*

Imperialibus codicillis.

Quid sibi velint hæ duæ voces optimè explicat Sueton. *in Claud.c.29.Nou.81.*

¶Vide Gloss. *in c.indecorum, de ætate & qualitate,* Cassiodor. *de formulis patriciatus, lib.6.*

§.si ab hostibus.5.

Vide ad quid a leget hunc textum *in l.si is qui pro emptore, coll.pen.de vsucap.* præterea ad intellectum huius § vide *l.12.§.1.ff.de captiu.*

¶An & quare captus ab hostibus fingatur seruus, vide hîc Bart obiter autem notabis patriam potestatem captiuitate patris suspendi, non autem solui, vt notatur in fragmentis, Vlpian. *Tit.10.§...* Vnde dictum sit postliminium, vide Ciceronem in Topicis in loco ex notatu.

§.Præterea.6.

Ferandus *lib.2.explicat.cap.20.* Nannius *libro 10.miscel.c.4.* De emancipationis veteri ritu, vide Caium 1.*Inst.Tit.6.*

§.Admonendi.

Coniunge hîc *l.28 ff.de adoptionibus.*

§.Sed & si pater.8.

In adoptione adoptantis & adoptati spectatur voluntas.

§.illud autem.9.

Socin. *in reg.286.* Vide Harmenopulum *lib.1.tit.17.*

§.Et quidem.10.& vlt.

Vide Bartolum *in l. quidam, columna 2.versiculo venio, aduersus sed videamus, de verbor. obligation. Penè.* Hoc ideò addidit quia quibusdam casibus filium emancipare cogitur pater.

Tit.13.De tutelis.

Scripsit ad hanc materiam Damhouderius in tractatu patrocinio pupillorum, extat etiam in tutelæ materia liber Ioannis Rami. Cai.1.*Instit.Tit.7.* Vlpian.*Tit.11.* Sigon. *libro*

lib.1.cap.13. De iure anti.ciu.Rom.

Transeamus.

De hac personarum diuisione, vide Connanum *lib.2.cap.1.*

§.Est autem.1.

De capite libero, vide Gellium *lib.5.c.19.* Vlpian.*in frag. Tit.11.l 4.ff.rem ratam haberi.*

§.Tutores autem.2.

De æditius, vide Plinium *lib.14. cap.7.&* Gellium *lib.12.cap.10.*

§.Permissum est.5.

De testamentaria tutela, vide Platonem 11.*de legib.* Liu facit l.1.*ff de testamen.tutela.*

§.Cùm autem.4.

Coniunge hic l.133 *ff.de verb.signif.*

§.sed etsi.5.& vlt.

Formam inquisitionis, vide l.7.*in fine.ff. hoc Tit.*

Tit.14. Qui testamento tutores dari possunt.

Harmen.*lib.5.Tit.11.*

Dari autem.

Facit l.67.§.2.*ff.de ritu nupt.*

§.sed & seruus.1.

Connanus *lib.2 cap.2* Gellius *lib.11.ca.10.* Charondas *lib.1.verisim.c.pn.* Straitman *harmonia iur.pag.267.l.9.C.de fideicom. libert.l.5. Cod.de necess.seruis*, Paul.*lib.4 sentent.*

§.Furiosus vel.2.

Facit hic l.10.§.1.*ff.de testam.tut.& l.furiosus.ff.de reg.iur.*

§.Ad certum.3.

Bart.*in l.si is qui ducenta,in §.vtrum, de reb. dub.col.2. vers.nec obsta:*;§.1. l.1.*de attil. tutor. l.16.ff.de in diem addict.*

§.Certæ autem rei.4.

Hoc sumptũ est ex Vlpiano, l.12.*de testament.tut.*

§.si quis filiabus.5.& vlt.

Gellius *lib.2.c.13.* adde hic *l.120.ff.de verborum sign.*

Tit 15. De legitima adgnatorum tutela.

Ad intellectum huius tituli, adde quæ dicuntur in titulo de legitima patronorum tutela, de hoc est titulus ff.& C.*de legit.tut.*

Quibus autem.

De legitima agnatorum tutela vide Platonem 11.*de legibus.* ad hunc locum vide *l.1.& 7.Cod.de legit. tutor* l.1. C.*de legitim.tutela* vide Vlpianum *in fragm.tit.11.* Hodie etiam proxime cognati tutelam obtinent.

§.sunt autem.1.

Qui dicantur agnati declarat hoc loco Imperator. quod etiam optimè demonstrat Bar.hîc, & plura vide apud Modestinũ *in l.4. §.1.& Vlp.in l.1. D.de grad.affin.* Harmen.*libro 4.titul.6* §.1. Agnatus vt quis sit quid necesse sit, dic vt notatur in margine corpore iuris. Accurs. iunge hîc l.195.*in fi.ff.de ver.sign.*

§.Quod autem.2.

Coniunge cum hoc §. l.6.*ff.de legit.tutor.* Hic autem §.vlt.Tituli sequẽtis cõmodissimè inseri potest.

§.Sed agnationis.3.

Singularis est hic §.& optime explicatur à Bart.& Bald hîc quos vide.

Plerumque perimitur.

Hanc vocem *plerumque* adiecit quasi diceret vt sępius agnatiõ perimitur omni capitis diminutione, vide de his plura quæ notãtur *in Inst.Theoph.* & vt intelligamus, non semper ius familiæ perimi minima capitis diminutione.

Adgnatio iuris nomine est.

Nec in vet. nec in Theod. additur ciuilis, vide l 8 *ff de capite minut.*

Titul.16. De capitis diminutione.

In hunc titulum vide Fornerium *lib.1.select.cap.26.* Goueanum *libro 1.variar. lect.cap.26.* Vlpian.in frag.*tit.5.§.10.& tit.11.* Cæterũ explicatur quid sit capitis diminutio.

Est autem.

Continetur hîc capitis deminutionis definitio & eiusdem tripartita diuisio ex l.1.*& vlt.ff.de cap.min.* Quidam autem existimant hanc vocem *prioris* abundare.

Tribus modis.

Duobus tantum modis accidere dicet aliquis, nam aut magna est aut minor, magna enim comprehendit maximam & mediam, *vt l.1.§.si filius, ff de suis & legit.hæred.*

§.Maxima capitis.1.

Proposita triplici diuisione, ostendit iam quid sit maxima capitis deminutio. Maxi-

mam autem capitis deminutionem patiuntur serui pœnæ, reuocati in seruitutem ob ingratitudinem, qui seipsos vendiderunt, vt hîc, qui in insulam deportati ob delictum. Cicero *pro Cecinna*, Liuius *libro* 1. Halicarn. *libro* 4. Sublata autem fuit hæc pœna per Nou.22.§ *illud*.

§.Minor siue.2.

De hac postrema capitis deminutione, vi vide Boetium *in Topicis*. Cicero. *in oratione pro* Cecinna. Duaren. 1.*disputat. cap.*6.l.1.*ff. ad Turpillian*.l.5.*ff.de extraord*.

Vel qui in insulam deportatus.

Deportatio hîc species mediæ capitis diminutionis constituitur.

Aqua & igni interdictum.

De aquæ & ignis interdictione. vide Budæum *in* l. *pen. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Boetium *in Top*.*Ciceron*.Ciceronem *libro ad Attic.epist.3*.

§.Minima.3.

De hac minima capitis diminutione vide Ciceronem *in Topicis loco ab adiunctis*.

§.Seruus autem.4.

Hic §. desumptus est ex Modest. *in* l.3.*ff de senator*.

§.Quibus autem.5.

Remotus à dignitate, statum non perdit, vnde si remotus propter turpitudinem fuerit, nec iudicare, nec testimonium dicere potest, *vt* l.2 *ff.de senator*. Capite minuti Romæ non morantur, Senatu moti Romæ morantur, *vt* l.3.*de Senato*.

§.Quod autem.6.

An minima capitis diminutio cognationem tollat quoad effectus ciuiles, an iura sanguinis aliqua capitis deminutione tollantur. An & quæ perdat damnatus in metallum. vide hîc Bald. Facit autem hic l.7.*ff. vnde cognati*.

§.Quum autem.7.& vlt.

Totus hîc §. desumptus est ex Caio *in* l.4. *ff.de legit.tutor*.Nou.118.*cap*.5.

Tit. 17. De legitima patronorum tutela.

Patroni & eorum liberi consequuntur suorum liberorum tutelam.

Ex eadem lege.

Patronorum tutela vnde introducta fuerit declaratur hoc titulo. vide l.3.*ff.de legitim. tutor.&* Nouell.118.*cap*.5.

Tit. 18. De legitima parentum tutela.

Quam rationem habent patroni ad libertos quos manumiserunt, eandem habent parentes ad filios à se emancipatos. Parentes cur ad tutelam liberorum emancipatorum vocentur, vide hic Liu.

Exemplo.

Quod ait, patrem & auum liberum emancipatorum tutorem esse hoc Vlp. *in* l. 3. *ff. de legitimatione tutorum*, dixerat vicem legitimi tutoris sustinere, vide Vlp. *in fragm*.

¶An & ad quem spectet onus tutelę declarat hoc loco Baldus.

Tit. 19. De fiduciaria tutela.

Iacobus Ræuardus, *de auctorit.prud.capite* 5. quæ fiduciaria tutela appellari debeat declarat hîc Hotom. hinc fiduciarij tutores appellantur.

Est & alia.

Ad intellectum huius loci, vide Vlpianum *tit.9*.

¶An minor 25. annis tutor esse possit, vide hîc Baldum. An frater sit legitimus tutor fratris, Bartol.hîc. Perfecta autem ætas exigitur in hærede tutoris, vt inchoata per tutorem explicet, l.1 *ff.de fidei.tut*.

Tit.20. De Attiliano tutore, & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur.

De hoc dixi titulo *ff. de tutoribus & curator.datis ab his*, vide Vlpian.*in frag. tit*.11.§.14. Gaium 1.*Inst.tit.7*.

si cui nullus.

Conscribunt edicta communiter prætores apud Ciceronem 3.*offic*.

Tribunorum plebis.

Tribuni plebis totidem id est decem fuerunt creati L.Minuto & M.Horatio Puluillo conf. qui edicta communiter conscribere solent, vide Cicero 3.*off*. De lege Attilia, vide Vlpianum *in fragment*.Tit.11.

§.sed & si in testamento.1.

Tutor esse desinebat deserto testamento & deficiente conditione.

§.Ab hostibus.2.

Ad intellectum huius loci, Vlpianus *in* l. 1.& 2.*ff.de legitim.tutor*.

§.Sed

§. Sed ex his legibus. 3.

Claud. in primis pupillis tutores esse dandos introduxit, qua de re Suetonius *in Clau. capite* 23. facit l. *penult. ff. rem pup. salu. fore*, vide Capitolinum *in Antonino*.

§. Sed hoc iure. 4.

Ang. *ad tit. de excus. tutorum*, l. *Athena*, §. 2. Corras. *lib.* 5. *misc. cap.* 24. Tutoris dandi potestas quibus competebat tempore Iustiniani. An iudex maleficiorum cognoscere possit de re pecuniaria. Tutoris datio an sit meri, vel mixti imperij siue iurisdictionis, Bartol. hîc. Facit *lex penultima, ff. rem pup. sal. fore*.

§. Nos autem per. 5.

Hic §. optimè explicatur à Balbo.

¶*Solidos*, Solidus hic à quibusdam accipitur pro aureo.

§. impuberes. 6.

Tutela iure naturali introducta est, vt declarat Cicero *in officiis*.

§. Quum ergo pupillorum. 7. & vlt.

Plato 9. *de leg.* 16.

Tit. 21. De authoritate tutorum.

Authoritas vnde dicta, vide *hic Iul. Pac. Inst.* Vlp. *in fragm. titulus* 11. §. 25. 26. *&* 27. est Tit. *ff. de Cod. de Auth. praest.*

¶An & quomodo authoritas præbeatur, declaratur hîc à Cuiacio.

¶An & quomodo adultus obligetur, vide hic Baldum.

§. Neque tamen. 1.

Ferand. *libro* 1. *explicationum, cap.* 21. Anto. Aug. *libro* 3. *emend. capite* 7. Facit l. 13. §. *si quis, ff. de action. empti.* *Cuiac. *ad* l. *iurisg. ff de pact.*

§. Tutor autem. 2.

Continetur hîc ratio quare solus pupillus nequit adire hæreditatem, quoniam scilicet discretionem non habet, nec cognoscit causas acquirendæ hæreditatis, quod requiritur, *vt in* l. *pupillus, ff. de acquirenda hæreditate*, optimè autem hic §. explicatur à Baldo hîc Anton. Aug. *emend. pag.* 56. Hic autem locus desumptus est ex Caio *in* l. *oblig. ff. eodem*.

§. Si inter. 3. & vlt.

Iudicium vtrum inter tutorem & pupillũ esse possit, declarat hic Glossa. Vlpianus *infr. tit.* 11. *Nouella* 72. *& Nouella* 44.

Tit. 22. Quibus modis tutela finitur.

Vide Tit. C. *quando tutores esse desinunt*, hoc autem Tit. nouem modi explicantur, quibus quidem finitur tutela, nempe libertate, capitis deminutione, Conditionis euẽtu, morte pupilli, morte tutoris, Deportatione, Seruitute, Captiuitate pupilli, Cont. *lib.* 2. *subsec. capite* 13. Ræuardus *lib.* 1. *variar. cap.* 10.

¶Tutela legitima an finiatur ipso iure vel vtrum durent reliquæ primæ tutelæ, vide hîc Bartol.

Pupilli pupillæque.

Impubertas est causa tutelæ & cessante causa cessat effectus.

§. item finitur. 1.

Menoch. *de arbit. iud. lib.* 2. *cap.* 58. Pubertati autem proximi doli sunt capaces, l. *pupillum, ff. de regulis iuris.*

§. Sed etsi vsque. 2.

Vide l. 8. §. 2. l. 11. *ff. de testam. tut.* l. 6. §. 1. l. 14. *in fine*, D. *de tutelis*. Coniunge autem cum hoc §. §. *praeterea. sequente.*

§. Simili modo. 3.

Natura delatorum hæc est, vt posito vno ponatur & aliud.

§. sed & capitis. 4.

Rainald. Corsus *lib.* 1. *indagat. cap.* 17. Tutela est potestas in capite libero, §. 1. *sup. de tutelis.*

§. Præterea. 5.

Agnatus ad agnati tutelam vocatur ex verbis legis duodecim tabularum.

§. Desinunt. 6. & vlt.

Constituitur hîc differentia inter constituere & finiri, vt Paulus cum de vsufructu agit in sententiis inter amittere & finiri. Qui ad tempus se excusat non desinit esse tutor quamuis administratio interpelletur.

Tit. 23. De curatoribus.

Caius 1. *Inst. tit. vlt.* Vlp. *Tit.* 12. quidam libri addũt, *dãdis vel cõfirmandis*, alij de curatoribus, qua de re Cuiac. hîc. An & quæ sit inter tutorẽ & curatorẽ differẽtia, vide Doct. hic.

¶Curatores dantur puberibus minoribus.

Masculi quidem.

Fœmina citius quàm mas tutela liberatur.

§. Dantur. 1.

De curatoribus testamento datis, vide l. 3. D. *de tutorib. & curatorib.*

CC. ii.

§.Item inuiti.2.

Pro intellectu huius §. vide Ræuard. *libro* 1.*cap.*17.Vide etiam l 3.§.*pen*.D.*de tutel.*

§.Furiosi quoque.3.

Vide l.1.D.*&* *Codice de curator.bus*, Forcat.*Necyomant.dialog.*33. hic §. optimè etiam explicatur à Baldo hic.

§.Sed & mente capitis. 4.

Quid differat mente captus à furioso declarat hic Theop.De perpetuo morbo,vide Gell.*lib.*16.*noct.attic.cap.*4.

§.Interdum autem.5.

Regula hic contenta est *in* l. 27. D. *de testamentaria tutela.*

§.Quod si tutor.6.& vlt.

Vide hic Cuiacium.

Tit.24.De satisdatione tutorum vel curatorum.

Continetur hic cautionis seu stipulationis rem pupilli saluam fore formula. Quinam tutores satisdare non cogantur, vide hic Theophilum,vide etiam *lib.*5.*Cod.Tit.*42.

§.Sed si ex testamento.1.

Facit hic l.17.*in princip*i,*D.de testamentis.*

§.Sciendum autem.2.

An & quando detur actio subsidiaria,vide hic DD.

§.Quibus cõstitutionib.3.

Iunge hic l.9.*in fine*, D.*ad legem Iuliam peculatus.*

§.Neque autem.4.

An & qui fuerint præfecti vrbis,vide Gell. *libro* 13 *cap.*14.*&* l 23.*D.rem pupilli saluam fore*,*&* l.*vlt.Cod.de magistrat.conuen.*

Titul.25. De excusationibus tutorum vel curatorum.

In hunc Titulum Zoannetus *rest. cap.* 19. Feran.*libro* 2 *explicat.*22.*cap.* Quænam sint communia tutorum & curatorum declarat hic Iul.Pac.*in sua synopsi.*

¶An liberorum numerus excuset à tutela & de liberorum numero, vide l.1.*Cod.de numero lib.* Plin.*libro* 10.*epistol.epist.*2. Duaren. 2.*disp.capite* 40.

§.Item Diuus Marcus.1.

Marcus Vertranius *de iur.lib. cap.*17.*&* 18. *&* 20.

¶Semestrij mentio sæpissimè fit in iure nostro,vt in l.46.D.*de pactis*, Suet.*in Aug.cap.* 35.*&* *in Claud.cap.*14.Theoph hic, l.10.*Cod. hoc eodem Titulo.*

§.Item siui Reip.2.

Antonius Augustinus, libro singulari ad Modestinum.

§.Et qui potestatem.3.

Facit hic *Nou* 72.*&* l.21.*ff.hoc Titulo.*

§.Item propter litem.4.

Coniunge l 16.*Cod hoc Titulo.*

§.Item tria.5.

Vide l.3.§.4.5 6.*ff.hoc ipso Titulo.*

§.Sed & propter.6.

Hic continetur septima excusatio.

§.Item propter aduersam.7.

Menoch.*de arbit.iud.cas.*60 l.2.§.*Corporis*, *ff.de vacat.muner.*

§.Similiter eos.8.

Facit hic l.6.§.*vlt.supra eod.*Suet.*in Claud. capite* 10.

§.Item si propter.9.

Hæc est decima excusatio.

§.Non esse autem.10.

An ignotus possit esse testis, vide Nouel. 90.capite 1.

§.Inimicitię.11.

Ræuardus *libro* 5.*var.capite* 15. Facit hic l. 6.§.*dat*,*inst.hoc eodem Titulo.*

§.Item is qui.12.

Hic est duodecima excusatio.

§.Item maior.13.

Cuiac.*libro* 17.*obs.cap.*28. Menoch.*de arbitr. iud.lib.*2.*cas* 59. Crinitus *lib.*8.*de honest.discip. cap.*28. Vlpianus *in* l.3.*ff de iure immunit.*

§.Idem & in.14.

Marcus Vertranius *de iure liber. capite* 19. vide l 8.C.*de legibus.*

§.Item Romę.15.

Hoc explicat Vlpianus *in* l.8.§.*pe.ff.de mun. & hon.*

§.Qui autem.16.

Facit hic l.1.§.*medicorum ff de var. & extra. cog.*

§.Datus.17.

Hic §.videtur esse mutilatus, repete ex l. 21.§.*penultimo hic.*

§.Qui tuielam.18.

Rescriptum hoc hodie non extat.

§.Idem

§. Idem reſcripſeram. 19.

Facit l. 1. §. *fin. ff. eod. Tit.*

§. Si quis. 20. & vlt.

Gellius *lib. 17. cap. 6.*

Tit. 26. De ſuſpectis tutoribus & curatoribus.

Anton. Aug. *lib. 11. emend. cap. vlt.*

§. Sciendum eſt.

Cicero *libro 3. officiorum.*

§. Oſtendimus. 1.

Facit l. 4. *Cod. hoc eodem Titulo*

§. Conſequens. 2.

Coniunge *l. fœminis, ff. de procurator.*

§. Suſpectus autem. 3.

An & quis dicatur ſuſpectus tutor, vide hunc textum.

§. Si quis tutor. 4.

Vide l. 7. §. 1 *ff. eodem hoc Titulo.*



INSTITVTIONVM Liber ſecundus.

Tit. 1. De rerum diuiſione & adquirendo ipſarum dominio.

IN hunc titulum ſcripſit Contius *libro diſput. capite* 12. Rayn. Corſus *libro 2. indagat. capit. 9.* qua de re in ff. eſt *Titulus de adquirend. rer. domin.* his adiungendus Vlpia. *tit. de dominiis & adquiſitionibus rerum,* Cuiac. *lib. 2. tit. de rebus.*

Superiore libro.

Continetur hîc epitome prioris *libri Inſtitutionum.*

Patrimonio noſtro.

Patrimonium bona paterna ſignificat, & matrimonium bona materna. Senec. *libro 1. de benef. capite 3.* qui tamen locus ab Baſmo deprauatus eſt.

§. Et quidem naturali iure. 1.

In hunc §. Cuiac. *lib. 10. obſ. 7.* Quænam autem communia & publica ſint declarat hoc loco Imperator.

Aer, aqua profluens.

Aëris & aquæ fluentis an vſus communis ſit declarat hîc Cuiac. qua de re vide Ouid. 6. *Metamorph.* & Plaut. *in Rud.* Quid auté differat aqua profluens à flumine, pluribus oſtendit hîc Hotom.

§. Flumina. 2.

Separat hoc loco Imperator publica à communibus, qua de re vide hîc Cuiac.

§. Eſt autem. 3.

Quid ſit littus, Harmen. *libro 2. titul. 1. §. 77. & lex 112 ff. de verb. ſig.* Tullius etiam in Topicis Quid autem differat littus à Ripa, cõſule hîc Cuiac. Harm. *lib. 2. tit. 2.*

§. Riparum quoque. 4.

In hunc §. vide Forcat. *Necyomant. dialog.* 86. Quid autem ſit Ripa declarat Vlp. *in* l. 1. *ff. de flum.* cæterùm dicitur hîc Riparũ vſum publicum eſſe, cùm proprietas ſit eorum qui propriè ripas prædia poſſidẽt, quib. potiſſimum & earum muniendarum onus incumbit, vide l. *vnicam,* §. 1 *ff. vt in flumine.*

§. Littorum quoque. 5.

Hæc de littorum vſu ſuperuacanea eſſe exiſtimat Hotomanus hîc, quem vide. verùm de eius intellectu, vide Forcat. *Necyom. dialog.* 84. An & quæ ſit differentia inter publica & communia. An portus maris ſit publicus, an vero communis. An etiam viæ ſint publicæ, vide hîc Bart. facit hic l. 17. *ff. de verborum ſignificat.*

§. Vniuerſitatis. 6.

Quæ loca vniuerſitatis dicantur declarat hoc loco Iuſtinianus. qua de re vide l. 1. *ff h. t.* De Theatro Cicero *lib. 3. de finibus.*

¶ An & quæ nullius eſſe dicantur. An teſtimonium quilibet dicere poſſit in cauſa vniuerſitatis qui ſit de vniuerſitate, declarat hic Bald.

§. Nullius autem. 7.

Res nullius eſſe dicuntur quæ ſacræ, religioſæ, vel ſanctæ ſunt, vt in l. 6. §. 2. *h. t.* qua de re ſupra ſatis ſuperque diximus. Harmenop. *libro 1. tit. §. 73.* vide Gloſſam *in cap. quanto 3. extra de preſcript.*

§. ſacræ res. 8.

De ritu veteris ædis ſacrandæ. Alexand. Neap. *libro 6. cap. 14. & libro 2. cap.* 8. Macrob. *libro 3. Sat. c. 3.* Feſt. *libro* 17. & Macrob. *d. libro 3. cap.* 7. Liuius *libro* 2. Virgil. *Georg. lib. 3.* Facit l. *ſancimus,* C. *de ſacroſ. eccl.*

§. Religioſum locum. 9.

